CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. LXV.

S. HILARII PICTAVIENSIS OPERA

PARS IV:

TRACTATVS MYSTERIORVM. COLLECTANEA ANTIARIANA PARISINA (FRAGMENTA HISTORICA) CVM APPENDICE (LIBER I AD CONSTANTIVM). LIBER AD CONSTANTIVM IMPERATOREM (LIBER II AD CONSTANTIVM). HYMNI. FRAGMENTA MINORA. SPVRIA

RECENSVIT

ALFREDVS FEDER S. I.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY



LIPSIAE
G. FREYTAG (G. m. b. H.)

MDCCCCXVI

S. HILARII
EPISCOPI PICTAVIENSIS OPERA

PARS QVARTA:

TRACTATVS MYSTERIORVM. COLLECTANEA ANTIARIANA PARISINA (FRAGMENTA HISTORICA) CVM APPENDICE (LIBER I AD CONSTANTIVM). LIBER AD CONSTANTIVM IMPERATOREM (LIBER II AD CONSTANTIVM). HYMNI. FRAGMENTA MINORA. SPVRIA

RECENSVIT, COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT,
PRAEFATVS EST INDICESQVE ADIECIT

ALFREDVS FEDER S. I.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY



LIPSIAE
G. FREYTAG (G. m. b. H.)

MDCCCCXVI

PRINTED IN AUSTRIA

BR60
C817
MEDIAEVAL INSTITUTE
LIBRARY
UNIV. OF NOTRE DAME
V. 65
76378

PRAEFATIO.

Huius opusculorum quorundam minorum Hilarii Pictauiensis editionis usum ut lectoribus commodiorem redderemus, complura iam de librorum illorum genuinitate atque indole, de codicum natura atque affinitate, de difficilioribus aliis quibusdam quaestionibus lingua germanica in Actis academiae litterarum Uindobonensis exposuimus. scripsimus enim dissertationes has: *Studien zu Hilarius von Poitiers I. Die sogenannten 'Fragmenta historica' und der sogenannte 'Liber I ad Constantium imperatorem' nach ihrer Überlieferung, inhaltlichen Bedeutung und Entstehung, 1910 = Sitzungsberichte, phil.-hist. Kl. CLXII 4. — Studien II. Bischofsnamen und Bischofssitze bei Hilarius. Kritische Untersuchungen zur kirchlichen Prosopographie und Topographie des 4. Jahrhunderts, 1911 = SB CLXVI 5. — Studien III. Überlieferungsgeschichte und Echtheitskritik des sogenannten 'Liber II ad Constantium', der 'Tractatus mysteriorum', der 'Epistula ad Abram filiam', der Hymnen. Kleinere Fragmente und Spuria. Nebst einem Anhang: Uaria über die Fassung der Bibelstellen, 1912 = SB CLXIX 5.*

Satis igitur erit, ut hac praefatione totam rem nuper fusius tractatam breuiter complectamur nonnullis additamentis adiectis iisque correctis, quae aut minus recte exposita aut re melius perpensa nunc prorsus mutanda esse putamus. impense autem beneuolum lectorem, qui parum se hic edoceri aegre ferens uberiora desiderat, rogamus, ne commentationes illas germanicas in suum uocare usum neglegat.

I.
DE TRACTATIBUS MYSTERIORUM.

1. De codice Aretino. — 2. De excerptis Petri diaconi et alio fragmento tradito ab auctore quodam s. XI/XII. — 3. De editione principe et uirorum doctorum notis criticis. — 4. De titulo et dispositione *Tractatuum*. — 5. De partibus *Tractatuum* deperditis.

1. *Tractatus mysteriorum* seu potius eorum reliquiae unico tantum libro manu scripto nobis traditi sunt, scilicet codice Aretino lat. VI 3 (= A), membranaceo, saec. XI medio litteris, quae beneuentanae-casinenses dicuntur, exarato[1]. constat autem totum illud uolumen Aretinum ex residuis duorum codicum eadem fere aetate scriptorum, quorum alter (nunc quindecim foliorum) continebat Hilarii *Tractatus mysteriorum* atque *Librum hymnorum*, alter (nunc uiginti duorum foliorum) Aetheriae *Peregrinationem ad loca sancta*. singularum paginarum prioris codicis partis spatium scriptura completum est 207 × 138 mm., folia autem sunt longa 262 mm., lata 171. lineae in singulis prioris codicis partis paginis sunt tricenae ternae, in alterius partis paginis tricenae quinae. in codice ipso folia numerata non sunt; quare foliorum numeros nos exhibemus incipientes a primo folio conseruato. sunt autem folia secundum quaterniones ordinata. quorum primus quinque foliis constat, quoniam folia eius primum, septimum, octauum perierunt. qui hodie secundus est quaternio, integer exstat, tertii quaternionis folia secundum et septimum tantum seruata esse uidentur. de quaternionibus prorsus deperditis conferenda sunt, quae p. XVII sq. exposuimus.

Etiam in foliis exstantibus scripturae damna quaedam deprehenduntur orta madore uel temporum iniuria; neque enim solum complura uocabula ita sunt euanida, ut uix aut ne uix quidem legi possint (uelut p. 3, 7. 8. 5, 17. 7, 3. 25, 5. 28, 19. 29, 27. 37, 26), sed etiam non paucae uoces uel uocum partes eo perierunt, quod cum ipsa membrana corrosae uel abscissae sunt (uelut p. 4, 5. 6. 7. 5, 12. 13. 14. 15. 16. 25. 7, 2. 3). ubi in apparatu nihil de hac re adnotauimus, iam primus editor Iohannes Franciscus Gamurrini ipse damna illa resarsit. lacunae inueniuntur in codice duae, scilicet p. 9, 27 et p. 14, 27. quarum altera complectens spatium 14 fere litterarum fortasse inde ortum ducit, quod in archetypo locus s. scripturae desinebat litteris *etc*, altera autem complectens spatium 5 litterarum inde, quod scriba omissa in archetypo intellegere non potuit. interpunctio, quam librarius codicis A adhibuit, haud paucis locis aut falsa aut minus recta est; interpunguntur saepius, quae arte cohaerent, uel non separantur, quae

[1] Cf. etiam I. F. Gamurrini, Praef. editionis (*Biblioteca dell' Academia storico-giuridica* IV [1887]; P. Geyer, *Itinera Hierosolymit.* (CSEL XXXIX p. VIII sqq.); H. Lindemann, *Des hl. Hilarius von P. Liber mysteriorum* 94—98; *Studien III* 16 sqq.

plane seiungenda sunt. s. scripturae loci etsi non semper, tamen plerumque signis aduncis a cetero textu distinguuntur.

Correcturae habentur in A non multae, earum pleraeque sunt factae ab ipso librario, paucae a diuersis scribis aetatis posterioris. distingui possunt duae manus pertinentes ad saec. XV uel XVI, quas signamus siglis *m2* et *m3*, et quarta manus eiusdem fere aetatis (*m4*), quae scriptura currente in textu mutauit 18, 9 *hereditate* in *hereditatis* et in margine uariis formis addidit signum *N* (p. 6, 21. 9, 7. 11, 11. 27. 12, 10. 21. 15, 4. 14. 18, 9. 19, 28. 22, 24. 23, 5. 24, 3) uel margini denuo ascripsit uocabula textus glossarii, ni fallor, in usum; ita repetiuit in margine 24, 3 *demutata*, 24, 9 *resurrectionis demutationem*, 32, 5 *demutationis*, 36, 11 *demutatur*. de titulis quibusdam in margine additis u. infra p. XIII.

Quod ad codicis orthographiam attinet, eam in uniuersum uel certe saepissime scribendi consuetudinem, qualis erat librarii temporibus i. e. saeculo XI, repraesentare dicendum est. quoniam uero *Tractatus mysteriorum* uno codice Aretino traditi sunt, huius codicis orthographia pro fundamento adhibeatur et retineatur necesse est, dummodo ne formae traditae obstent rationi scribendi hominis eruditi saeculi IV. etsi igitur librarius sibi ipse non semper constat, religiose conseruandum est, quidquid ab Hilarii ipsius more non prorsus abhorrere uidetur.

Quare non mutauimus *e* (= *αι*) in nominibus propriis peregrinis: *amorreorum* 36, 12, *egypt-* 19, 31. 23, 15 (ubi tamen *Aegyptio* scripsimus, quod praecedit *Aegyptium*). 25, 2. 27, 16. 17. 36, 18 (sed *ęgypt-* 23, 15. 26, 11. 28, 8. 11. 35, 11), *hebreis* 23, 2 (*ębreis* A). 37, 27 (*hębreis* A), *iudeis* 31, 3 (sed *iudę-* 5, 4. 7, 17. 11, 12). retinuimus etiam in nominibus propriis hebraicis aspirationem in A traditam: *barrachihel* 9, 26, *hiericho* 34, 10. 35, 15, *hierusalem* (*hirłm*) 9, 14, *iafeth* 13, 14, *hiesum* (sc. *Iesum Naue*) 33, 10, *hiesu* 34, 23 (abbreuiatum *ih̄s* etc. 32, 25. 33, 6. 7. 34, 26. 35, 17. 22), *israhel* 32, 7 (*ih̄l* 23, 18. 30, 10. 31, 11. 32, 4. 12, *ish̄l* 32, 3), *israhelita* 37, 27 (cf. *israhelitici* 15, 19 cod. B), *ysahac* 3, 17. 18, 23 (*isahac* A). 20, 22. 28. 29. 21, 7. 9. 24, 13 (sed *ysaac* 38 nota 3 et 16, 1 cod. B). falsam autem aspirationem repudiauimus in *hemmanuhel* 37, 3, *schyla* 7, 17, *chorinthios* 31, 2. scripsimus porro cum cod. A *intellig-* 34, 4. 37, 10 et *intelleg-* passim, *rettulissent* 27, 12 et *retulit* 23, 3, *repper-* (etiam in formis praeter perfectum) 24, 28. 25, 22. 33, 5. 30. 36, 6, *spiritual-* (in cod. A compendiose *sp̄ual-*) 19, 11. 14 et *spirital-* passim. secuti sumus denique cod. A in scribendo uel omittendo *p* inter *m* et *n*, *m* et *t*: *dampnationem* 34, 6, *perempt-* 11, 4 bis. 5 (*peremt-* 8, 13. 34, 23), *temptatio-* 23, 25. 25, 7. 26, 20. 24. 27. 30. 28, 14 bis. 16. quae autem ut in ipsum textum reciperemus, a nobis non impetrauimus, haec sunt:

ę pro *e*: *accępit, cęterum, conformę, ębri-, ęcclesia, ędidit, ęmissa, ęmortuarum, fęci, fęmina, hębes, hędis, lęgis, mędia, obędientem, plęna* etc., *ęlym* 27, 1. 5, *ęua* 12, 8, *hęrodem* 11, 13, *noę* 12, 21. 25. 13, 6. 9. 19. 14, 6. 9. 24. 15, 8, *oseę* 30, 6. 31, 4.

e pro *ae*: *cedentis, celo, deseuiunt, hec, preceperat, predic-, prefigur-, preform-, preparauerat, prereptione, preripuit, prescire, present-, prestaret, queque, sepe* etc., saepius in terminationibus 1. declin., ut *ecclesie* etc.

ę pro *oe*: *pęna.*

i pro *y* in uocabulis e lingua graeca petitis: *aegipto* 35, 11, *misterium* 38, 1; substituimus autem *y* pro *i*, quia ipse Hilarius alibi semper in illis uocabulis utitur *y*.

y pro *i*: *hystoria.*

b pro *u*: *libor-, olibę.*

u pro *b*: *existimauit, heues, peccauit.*

aspiratio falsa in uocabulis latinis inuenitur in *habund-* 19, 30. 20, 24. 27, 21. 28, 23, *herror* 25, 10, *ueh* 9, 16, *archanum* 25, 19, *michi* et *nichil* saepe. aspiratio omissa est in *aborrebat* 25, 15.

geminatio omissa est in *consumantur* 9, 9, *consumatur* 27, 4. geminatio falsa habetur in *appellunt* 8, 16.

Scriba codicis A uel eius praedecessores male legentes uel scribentes confundebant saepius uocales uel consonantes, uelut scripserunt *a* pro *e*: 18, 23 *habetibus*, 23, 4 *affectus* (11, 26 *adfectu*), 26, 28 *marito*. — *e* pro *a*: 12, 18 *et*. — *e* (*ę*) pro *i*: 6, 2 *cęleste*, 23, 5 *moysę*, 25, 24 *plaudete*, 34, 11 *suscepit*. — *i* pro *e*: 4, 12 *nuncupari*, 8, 14 *perimisset*, 9, 22 *persequimini*, 27, 23 *relicta*, 31, 15 *efficit*. — *i* pro *o*: 31, 29 *dī*. — *o* pro *i*: 28, 27 *eos*. — *o* pro *a*: 27, 24 *sexta*, 29, 15 *septima*. — *o* pro *u*: 29, 17 *campo*, 36, 9 *coram*. — *um* pro *o*: 23, 13 *seruitium*. — *c* pro *g*: 3, 16 *elicit*. — *d* pro *u*: 32, 16 *uidentis*. — *m* pro *t*: 29, 21 *iubemur*. — *n* pro *t*: 20, 4 *an*. — *p* pro *p̄*: 29, 9 *pscriptum*. — *s* pro *r*: 24, 14 *sursum*. — bis confunduntur *ait* et *ita*: 12, 7 *ait* pro *ita*, 4, 24 *ita* pro *ait*.

In uerbis compositis assimilationem uel dissimilationem codicis A immutatam reliquimus; quare scripsimus u. g.: *adcrescit, adfuerunt, adprehenditur, adsum-, ammonemur, commissae, comparatio, complectitur, ecferbuit, immanibus, imminens, immortalitatis, impertiendo, impietatis, implenda, inridetur, inreligiositatis, optinet, optulit, subfigit.*

Quod ad abbreuiationes attinet, attulimus iam supra complura nomina sacra abbreuiata, reliqua sunt ordinaria u. g. *dī, dō, dn̄s, χp̄i, sc̄o sp̄u* (*sp̄s* adhibetur saepius etiam sensu profano). praeterea hic notentur abbreuiationes copulae *ē, s̄t, ēē, ēēt, ēēnt*, coniunctionum et pronominum *aū, qa, qn, qm̄, ut, nr̄, q, qd, qd, .i.* (= *id est*) et substantiuorum: *am̄* = *animo, apłs* = *apostolus, eccła* = *ecclesia, frat* = *frater, mīam* = *misericordiam, nōis* = *nominis, t̄pē* = *tempore, t̄ra* = *terra, t̄tio* = *tertio.*

Interdum scriba diuisit unum uocabulum in duo uel tria aut contraxit duo in unam uocem; scripsit u. g. 6, 26. 25, 13 *in animis* pro *inanimis*,

7, 5 *ab scō sum* pro *absconsum*, 6, 12 *referres eam* pro *referre se iam*, 31, 21 *in stinctu se domiturus* pro *instinctus edomiturus*, 31, 30 *in sensibilibus* pro *insensibilibus*. per aberrationem oculorum explicantur dittographiae uelut 4, 3 *in imaginem* pro *imaginem*, 21, 3 *esset et esau* [*esset*].

De fatis libri Aretini disseruimus uberius in *Studien III* 16 sqq. hic indicasse sufficiat codicem eundem esse atque illum librum, de quo Petrus diaconus loquitur in *Chronicis monasterii Casinensis*[1] enarrans Desiderium abbatem, postea Uictorem III papam (1087), exscribi iussisse *Hilarium mysteriorum et hymnorum* et cuius mentio fit in catalogo bibliothecae Casinensis anno 1532 Romam misso, nunc cod. Uaticano 3961, hisce uerbis: *Liber misteriorum Scti Ylarii inc.: Multiplex.*

2. *a*). Cod. Casinensis 257 (= B) magna ex parte a Petro diacono anno 1137 scriptus continet f. 691—710 *Scolia in Quaestionibus Ueteris Testamenti* seu excerpta quaedam, quae ipse Petrus ex uariis operibus exegeticis collegit atque in unum coniunxit. inter quae Scolia habentur, ut primus monuit Andreas Wilmart[2], f. 706ᵛ — 707ʳ complura excerpta ex nostris *Tractatibus* Hilarianis partim ad uerbum desumpta partim modo solutiore circumscripta. haec autem excerpta eo pluris aestimanda esse patet eo, quod nonnulla fragmenta nobis aliunde nota non sunt. in excerpendis *Tractatibus mysteriorum* Petrus diaconus secutus est ordinem ipsum operis Hilariani. eum autem excerpta ex ipso cod. A, procul dubio tunc integro, desumpsisse pro certo haberi posse existimamus. *Scolia* illa *in Quaestionibus Ueteris Testamenti* cum excerptis Hilarianis primum in lucem edita sunt in *Florilegio Bibliothecae Casinensis* V1 (1894) 175—191. rogante me P. Bruno Albers O. S. B. collationem nouam excerptorum suscepit. ea usi excerpta omnia in tres classes diuisa repraesentauimus (*Studien III* 23—26), quarum prima continet excerpta ex codice A ad uerbum uel fere ad uerbum desumpta et in A adhuc seruata, altera sententias decem Hilarianas a Petro liberius circumscriptas, cum genuinum textum A praebeat, tertia denique illa sex excerpta, quorum ne uestigium quidem in cod. A nunc exstat. ad primam classem pertinent: *Adam—apostolum* 4, 9—14; *namque—insequitur* 6, 23—28; *agnoscit—nascente* 7, 10—16; *futuri—dignus* 8, 12—14; *principis—gloriatur* 11, 11—16; *Iam—Is-*

[1] M G h, Scriptores VII (1846) 747. [2] *Revue Bénédictine* XXVII (1910) 12—31: *Le De mysteriis de Saint Hilaire au Mont Cassin.*

rahel 15, 4—6; *sub tribus Noe filiis—mortem* 15, 13—16; *In hoc ligno—pendentem* 26, 4 sq. fragmenta alterius classis u. *Studien III* 24 sq. tertia classis complectitur haec fragmenta: *domini—continetur* 15, 16 sq.; *Quia autem Iaphet—gerit* 15, 18—20; *Sarra—synagogam* 15, 25; *semen—assistit* 16, 1—4; *In littera Abrae—centesima oue* 16, 5—15; *Rebecca—signat* 17, 12—18. excerptorum primae classis in apparatu critico rationem habuimus, alterius classis fragmenta neglegimus, tertiae classis excerpta in textum admisimus.

Quodsi quaeritur, num haec ultima sex fragmenta, quae in ipsum textum recepimus, ex codice A ad uerbum descripta sint, id asserere de longioribus fragmentis, scilicet de primo, quod arte conectitur cum septimo primae classis (p. 15, 13—16), de quarto, quinto, sexto non dubitamus. solebat enim Petrus diaconus longiora excerpta ad uerbum uel fere ad uerbum ex A desumere. quod attinet ad secundum et tertium, etiam haec speciem fragmentorum ex sententiis longioribus ad uerbum uel fere ad uerbum exscriptorum prae se ferunt. quare haec quoque in textum admittere non haesitauimus.

De re orthographica codicis B nihil monendum est, nisi quod legitur *i* pro *y* in *sinagogam* 15, 25 et *tipum* 17, 13.

b). In paruulo aliquo tractatu saec. XII, cui titulus *Ratio generalis de initio aduentus domini secundum auctoritatem Hilarii episcopi*, traditum est fragmentum Hilario ascriptum, quod adhibetur ab auctore ad probandam antiquam consuetudinem aduentus liturgici trium hebdomadarum. incipit ita: *est autem et alia eiusdem negotii ratio haudquaquam uilipendenda, qua gloriosus ecclesiae auctor et doctor eximius Hilarius in libro utitur officiorum* et desinit his uerbis: *haec sunt, quae apud Gallos positus ex libro officiorum sancti Hilarii non inutiliter mihi* (*michi* cod. M) *corrasi*. opusculum illud uiri docti plerique Bernoni Augiensi (1008—1048) attribuerunt. id autem excerptum esse ex actis synodi cuiusdam Aurelianensis uel potius ex chronico Floriacensi saec. XI rationibus haud spernendis nouissime demonstrauit Dom Blanchard[1]. tractatum edidit Bernardus Pez in *Thesauro Anecdotorum* IV P. 2 (Augustae Uindel. 1723) 51 (= CXLII 1085 M) usus duobus libris manu

[1] *Revue Bénédictine* XXIX (1912) 98—107: *Oeuvres attribués à Bernon de Reichenau.*

scriptis, scilicet codice aliquo S. Emmerami et alio *Ecclesiae Cathedralis Frisingensis membraneo uolumine, cuius characteres aetatem Bernonis assequi uidebantur* (Pez VII). priorem codicem recognouimus in cod. Monacensi 14477 (Em. E 100) saec. XII (= M), qui tradit uerba Hilariana f. 72. codicem Frisingensem quidem inuenire non potuimus, sed repperimus alium codicem Monacensem, scilicet 27300 (Ratisbon. Niedermünster) saec. XII in. (= N), continentem tractatum et illa uerba Hilariana f. 66. haec uerba habentur etiam in *Libello de quibusdam rebus ad missae officium pertinentibus*, quem Melchior Hittorp sub Bernonis nomine (*De diuinis catholicae ecclesiae officiis et ministeriis* [Coloniae 1568] 419—433) in lucem protulit (p. 425 = CXLII 1055 M). Iohannes Mercati et Andreas Wilmart denuo fragmentum ediderunt, ille secundum editionem Bernardi Pez in *The Journal of Theological Studies* VIII (1907) 429 sq., hic usus etiam cod. Parisino 2265 saec. XIV (f. 168) in *Revue Bénédictine* XXVII (1910) 500—513.

Originem Hilarianam illius fragmenti negarunt nonnulli eo, quod initium aduentus liturgici ante festiuitatem natiuitatis uel epiphaniae domini instituti ad tantam antiquitatem referri non possit. ad quod argumentum respondent alii[1] iam in concilio primo Caesaraugustano anni 380 (381), quod duodecim fere annis post mortem Hilarii habitum est, commemorari aduentum liturgicum domini in Hispania festiue celebratum[2] et quidem aeque atque ab Hilario aduentum trium hebdomadarum: *uiginti et uno die, quo a XVI kalendis Ianuarii usque in diem epiphaniae, quae est VIII idus Ianuarii* etc. Bernonem autem Augiensem ipsum, siue est auctor *Rationis generalis* siue non est, uerba illa habuisse pro Hilarianis comperimus ex eius ad Aribonem archiepiscopum epistula *Qualiter aduentus domini celebretur*. in ea enim epistula scribit haec: *et nos ueraciter dicimus, quia ritum, quo aduentum domini* (*hoc anno* add. N) *celebramus a sanctis patribus Gelasio, Gregorio, Hieronimo atque Hylario indubitanter accepimus* (M f. 71^{v}, N f. 65^{v}, apud Pez p. 48).

Ea uero, quae fragmento illo continentur, singula optime concordare cum stilo atque elocutione, cogitandi ratione atque methodo exegetica Hilarii Pictauiensis multis monstrauit Andreas

[1] Cf. W. C. Bishop, *The three Weeks Advent of 'Liber officiorum' S. Hilarii* in *The Journal of Theological Studies* X (1909) 127 et Wilmart l. c. [2] cf. A. Lesley, *Praef. ad Missale mixtum* n. 207 (LXXXV 66 M).

Wilmart l. c. Quod autem Hilarii *Tractatus mysteriorum* ab auctore *Rationis generalis* commemorantur sub titulo *Liber officiorum*, id magnam difficultatem gignere nequit. in similem enim errorem etiam Coustantius, egregius operum Hilarianorum editor, incidit, qui ignorans sensum illius uocis Hilarianae *mysteriorum* scripsit in Praefatione n. 23 de libro mysteriorum, cuius nihil nobis superesset nisi titulus ab Hieronymo indicatus, ex ipso illo titulo coniectare licere eum librum officiis ecclesiasticis immixtum fuisse. quam Coustantii opinionem alii quoque uiri docti non pauci suam fecerunt decepti insuper hoc, quod etiam Ambrosius scripsit librum *De mysteriis*, quo de ritibus sacris agitur, et quod Isidorus Hispalensis publicauit opus, cui titulus est *Officiorum libri duo* seu *De ecclesiasticis officiis*. unde mirum non uidetur, quod etiam ille auctor, qui fragmentum ad stabiliendum suum de aduentu liturgico argumentum ex Hilario exscripsit, *Librum mysteriorum* per errorem *Librum officiorum* appellauit.

3. Textum *Tractatuum* primus in lucem edidit I. F. Gamurrini simul cum aliquot hymnis Hilarii et cum opere, quod inscribitur *Peregrinatio ad loca sancta*, in eodem codice A nunc conseruatis. editio haec princeps uulgata est in collectione, cui titulus *Biblioteca dell' Academia storico-giuridica* IV, Romae 1887, p. 3—28. textus multis quidem locis ab editore optime et feliciter emendatus est, sed aliis non paucis locis aut omnino non correctus est aut minus bene; saepius etiam male interpunctus, ita ut sensus aut nullus sit aut falsus euadat; praeterea textus editus complures errores in legendo codice exortos continet, quorum seriem dedimus in *Studien I* 36 sq. grato tamen animo multas correcturas et coniecturas editoris fecimus nostras semper addentes eius nomen exceptis iis uiri docti correctionibus, quae cuiuis legenti sponte sese offerunt. indicem plus quadraginta coniecturarum ad textum *Tractatuum* corrigendum praebuit cardinalis I. P. Pitra (*Analecta sacra* V [1888] 144 sq.). codicem Aretinum quamquam Pitra non ipse inspexit, tamen quosdam locos corruptos sanauit, alios coniecturis memoratu dignis temptauit. non paruum adiumentum nobis suppeditabant notae, quas Hubertus Lindemann codice ipso Aretino usus in libro *Des hl. Hilarius von Poitiers Liber mysteriorum* (1905) p. 98—119 publici iuris fecit.

4. Unicum testimonium de *Tractatibus mysteriorum* ex antiquitate nobis traditum est ab Hieronymo (de uiris inl. 100), Hila-

rium scilicet scripsisse *librum hymnorum et mysteriorum alium*. Hieronymus igitur uidetur exemplar ante oculos habuisse, quod continebat aeque atque cod. A simul et librum mysteriorum et librum hymnorum. quoniam autem titulos operum, quae enumerat, saepius non satis diligenter indicat, ex eius uerbis titulus uerus et planus certo erui nequit. inscriptionem operis simul cum primo folio in cod. A periisse iam supra diximus. uerum subscriptio ansam nobis dat ad titulum accuratius definiendum. legitur enim in ea ita: *finit tractatus mysteriorum S. Hilarii episcopi* etc. librarium per errorem scripsisse *finit* pro *finiunt* statim uidebimus. uox autem *tractatus* erat iam saeculo IV terminus ualde usitatus ad significandos commentarios uel homilias sacras scripturas interpretantes. alia exempla sunt u. g. Hilarii nostri *Tractatus super psalmos*, *Tractatus in Iob* (Hieron. de uiris inl. 100) et *Tractatus* Gregorii Eliberitani, qui uulgo dicuntur Origenis. afferri possunt et aliae rationes, quae operis inscriptionem *Tractatus mysteriorum* fuisse suadeant. opus diuisum est in libros duos; post tractatum enim in Moysen absolutum legitur in cod. A: *explicit liber primus. incipit secundus* (p. 30 nota 4). minime autem uerisimile est auctorem opus suum, quod diuisit in duos libros, ipsum nuncupasse *Librum mysteriorum*. praeterea Hilarius ipse adhibet terminum *tractare* ter ad significandam naturam materiei operis: *sed suis quibusque temporibus uniuersa t r a c t a b o ab Adam* 4, 4, *et hoc quidem quamuis utile fuerit ad cognoscendam spiritualium gestorum significantiam t r a c t a s s e* 32,26 sq., cf. 13, 18. argumentum denique operis plane concordat cum notione, quam termino *tractatus* adiungimus. de sensu autem uocis *mysteriorum* uiri docti, priusquam ipse textus *Tractatuum* repertus est, alii aliud statuerunt. plerique putabant *Tractatus* fuisse opus liturgicum destinatum ad usum ecclesiarum gallicarum. ex opere autem ipso elucet uocem *mysterii* habere sensum 'typi', 'exempli', 'imaginis', qui sensus saepius apud scriptores ecclesiasticos inuenitur (cf. *Studien III* 38).

Quod attinet ad t i t u l o s, quos singulis interpretationibus patriarcharum et prophetarum in textu praemisimus, eorum alii in cod. A scripti sunt in margine atramento rubro, uelut 4, 8 *de adam*, 7, 24 *de cain et abel*, 10, 20 *de lamech*, 32, 25 *de hiesu naue*; alii eodem colore inter ipsum textum exarati sunt uelut 12, 14 *de noe*, 22, 12 *de moyse*, 30, 5 *de osee*; alios denique, qui in ipso codice cum foliis perierunt, qui tamen ex contextu fragmentorum seruatorum

et ex subscriptione codicis A restitui possunt, nos substituimus uncinis eos includentes, uelut 15, 23 *de abraham*, 17, 10 *de ysahac*. posuimus autem omnes titulos in ipso textu ideo, quod ex titulis inter textum codicis A scriptis concludere licet titulos cunctos originem ducere non ab aliquo scriba, sed ab ipso auctore *Tractatuum*. libri primi caput undecimum, quo Hilarius post gesta Lamech explanata de Seth patriarcha prosequitur, non inscriptum est ullo titulo forte propterea, quia haec interpretatio nimis breuis est et in Genesi quoque enarratio de Seth eodem capite continuo insequitur narrationem de Lamech.

Ut conspectum utriusque libri *Tractatuum* eorumque argumentorum magis perspicuum redderemus, diuisimus duos libros in singula capita.

Tractatus mysteriorum ab Hilario Pictauiensi conscriptos esse praeter Adolphum Ebert[1] uix quisquam negauit, originem autem Hilarianam Hubertus Lindemann luculentissime comprobauit[2]. arbitramur autem Hilarium opus composuisse in Gallia ex exsilio reuersum (360) et quidem postquam *Tractatus super psalmos* expleuit. ex ampla enim notitia operum Origenis, quae elucet ex *Tractatibus mysteriorum* aeque atque ex *Tractatibus super psalmos*, pro certo habemus *Tractatus mysteriorum* non esse scriptos ante exsilium, in quo solo Hilarius de libris Origenis pleniorem cognitionem acquisiuit. eum autem suum opus non in ipso exsilio scripsisse ostenditur sermone tranquillo ac pacato, qui liber est ab illa commotione animi, qua Hilarius in libris in exsilio scriptis de hoc ipso exsilio et de litibus circa fidem exortis loquitur. *Tractatus mysteriorum* denique post commentarios in psalmos compositos esse ex aliquo huius operis loco (in ps. 138, 4) concludi posse suspicamur[3]. postquam enim auctor uerba epistulae S. Pauli ad Romanos 5, 3 sq. commemorauit atque de suo addidit: *et haec quidem in sanctorum quorumcumque uita atque operibus fuisse cognoscimus, ut multis passionibus tribulationibusque iactati probabiles deo facti sint*, illustrat hoc suum dictum exemplis Abrahae, Iacobi, Moysis atque de his et similibus exemplis se alio loco tractaturum esse promittit dicens: *longum est passiones ceterorum patriarcharum, prophetarum, apostolorum—memorare —, sed haec oportunius et plenius suis locis tractari oportet.*

[1] *Allgemeine Geschichte der Literatur des Mittelalters im Abendlande* I² (1889) 142. [2] l. c. 36 sqq. [3] cf. Watson-Pullan, *St. Hilary of P.* (1899) XLV.

quae uerba manifeste ostendere putamus Hilarium ante *Tractatus super psalmos* compositos de typis uel mysteriis Ueteris Testamenti peculiares tractatus non conscripsisse.

Qui autem fuerint libri Origenis, quibus praecipue Hilarius in componendis *Tractatibus* usus est, indicauimus in apparatu, in quo locos parallelos, qui maiorem similitudinem exhibent, notauimus; cf. etiam infra indicem locorum. forte aliquis pendere Hilarium ab Origene etiam aliis locis inueniet, u. g. si contulerit p. 17, 12 *Rebecca* etc. cum homil. X in Gen., p. 20, 15 *ager* etc. cum homil. XI 3 in Num., p. 22, 30—23, 13 cum homil. III 4 in Ex., p. 25, 17 *equisse* etc. cum homil. VII 1 in Ex., p. 27, 1—9 cum homil. VII 3 in Ex., p. 28, 10 sq. cum homil. VII 2 in Ex., p. 29, 3 *sol* etc. cum homil. II 1 in Ex. et cum homil. XXIII 5 in Num., p. 29, 10—16 cum homil. VII 5 in Ex., p. 31, 1 sqq. cum homil. III 4 in librum Iesu Naue etc. quorum locorum numerus sine dubio augeri posset, si Origenis homiliae in libros Ueteris Testamenti integrae et si imprimis eiusdem auctoris mysticarum homiliarum libri duo, in quibus etiam de Genesi tractabat (Rufin. apol. II 20), nobis traditi essent. testes complures, qui praeter Origenem de nominibus *Abram* et *Sara* mutatis (ad p. 16, 6) similiter, etsi non eadem ratione atque Hilarius disserunt, inuenies indicatos in *Studien III* p. 40.

5. Ualde dolendum est, quod opus Hilarianum in cod. A non integrum, sed temporum iniuria mutilatum ad nos peruenit. quot autem folia interciderint et quid continuerint, et auctor et ipse cod. A indicia quaedam suppeditant. ac primum quidem dicuntur *Tractatus* ab ipso auctore *libellus*: 3, 20 *hoc libello uisum est ostendere*; quibus ex uerbis apparet librum non fuisse magnum. quodsi deinde fidem habere possumus subscriptioni codicis A (*finit tractat; mysteriorum s̄ hylarii ep̄i ab adā usq; ad noe. deinde abraę. ysaac. iacob. moysi. et oseę proph̄ę. et helie*, cf. infra p. 38), ex ea idem colligere licebit. enumerantur enim in subscriptione typi, quos in partibus opusculi seruatis omnes tractatos inuenimus, scilicet A d a m (et Eua, Cayn et Abel, Lamech, Seth), N o e (et filii eius ex parte), A b r a h a m (ex parte), Y s a h a c (ex parte), (Esau et) I a c o b (ex parte), M o y s e s, O s e e (ex parte), H e l i a s (sed cf. p. XVIII). aegre autem ferimus, quod in subscriptione nulla quaestionis de Hiesu Naue mentio fit, praesertim cum *Tractatus* attente legenti fortasse etiam mirum uideatur, quod Hilarius de Hiesu Naue et Raab demum uerba faciat, postquam ad prophetarum typos tractandos aggressus

Osee prophetae exemplum explicauerit. sed ipse Hilarius capite 5 libri II excusat paucis suam agendi rationem.

Maiores operis partes in A periisse etiam ex ipsius codicis forma cognoscimus. atque imprimis desideratur initium totius operis, quod cum primo folio quaternionis primi periit. uox tamen *Multiplex*, qua incipiebat praefatio, fortuito nobis conseruata est in breui illa notula, quam de codice A continet catalogus bibliothecae Casinensis anni 1532, nunc cod. Uaticanus 3961 (u. supra p. IX). quae autem fuerit sententia auctoris, facile conicitur cum ex uerbis praefationis adhuc seruatis et ex nonnullis locis ipsorum *Tractatuum*, quibus Hilarius suam rationem typos Ueteris Testamenti interpretandi defendit, tum ex initio praefationis commentariis in psalmos praemissae, in quo pariter de typis Ueteris Testamenti eorumque diuersa interpretatione disputat. sunt autem uerba haec: *diuersas esse plurimorum in psalmorum libro opiniones ex libris ipsis, quos scriptos reliquerunt, compertum habemus* (p. 3, 1 sq.). quibus dictis non dubitamus Hilarium initium *Tractatuum mysteriorum* fecisse hisce uel similibus uerbis: *Multiplex est scripturarum interpretatio* uel *Multiplex est de sensu scripturarum opinionum diuersitas.*

Primi quaternionis praeter folium primum perierunt etiam duo ultima folia, quae continebant reliqua explicationis typorum Noe et filiorum eius et uerisimiliter initium quoque explanationis gestorum Abrahae patriarchae. haec autem explanatio in cod. A tota periit; conseruata sunt sola illa fragmenta a Petro diacono et a monacho aliquo germanico saec. XI uel XII tradita, quibus tractatur de duabus Abrahae uxoribus aduersariis Sara et Agar, de sacrificio Abrahae, de nominum Abrahae et Sarae mutatione. iustificationem Abrahae se tractaturum esse indicauerat Hilarius in praefatione p. 3, 17. in reliquis suis operibus Hilarius commemorat ex uita Abrahae haec gesta: Abraham iustificatum[1], angelum dei missum ad Agar, tres uiros coram Abraha assistentes, Agar ancillam de Abrahae domo cum filio suo expulsam, angelum dei ad Saram uerba facientem, poenam in Sodomam et Gomorrham immissam[2], nomina Abrahae et Sarae mutata[3], promissiones dei Abrahae datas[4]. hos igitur omnes uel fere omnes typos etiam in libro mysteriorum tractatos fuisse pro certo haberi posse putamus; exempli

[1] De trin. V 15 sq. in Matth. 2, 3. in ps. 127, 7 p. 632, 23. [2] cf. de trin. IV 23—33. V 15 sq. [3] in Matth. 18, 6 [4] in ps. 138, 40 p. 773, 3—14.

Abrahae explicationem sequebatur consideratio typi Isaac, quam auctor breuiter iam significauerat in praefatione (*ecclesiam — discernit — ortu Ysahac* p. 3, 15 sqq.) et quam similiter indicat subscriptio (cf. p. 38). praeter unum autem fragmentum apud Petrum diaconum conseruatum, quod commemorat sponsalia facta inter Isaac atque Rebeccam et assumptionem gentilium in ecclesiam praefigurantia tota interpretatio, qua agebatur de Isaac patriarcha, intercidit. sed quoniam Hilarius nec in reliquis libris plura de Isaac tractat, eum exemplum Isaac patriarchae paucis absoluisse in promptu est.

Sequebatur deinde consideratio typi Iacob patriarchae (cf. praef. p. 3, 17 et subscriptionem p. 38), cuius apud Laban seruitutem praefigurasse redemptionem ecclesiae Hilarius iam in praefatione indicauerat et cuius cum angelo dei luctam capite 13 libri alterius commemorat (p. 36, 29). quam luctam etiam in libris *De trinitate*[1] et in *Tractatibus super psalmos*[2] explicatam inuenimus. cum in iisdem commentariis praeterea commemorentur nomen Iacob in Israhel demutatum et id quidem saepius[3], filii duo Iacob et Esau dissidentes, Rachel uxor ecclesiam praefigurans, haec uel similia etiam in *Tractatibus mysteriorum* Hilarium interpretatum esse non immerito suspicamur. pars autem ulterior enarrationis de lucta inter Iacob et Esau exorta adhuc seruata est in primis foliis illius quaternionis, qui nunc in cod. A est alter.

His igitur positis pro comperto haberi potest in illo secundo totius libri manu scripti quaternione deperdito — nisi quis potius duos quaterniones periisse putat — tractatum fuisse de gestis reliquis Abrahae et breuiter de exemplis Isaac atque Iacob prophetarum. totum autem uolumen non magnum fuisse colligitur etiam ex excerptorum Petri diaconi ea parte, cuius uestigia in ipso cod. A perdita sunt. si enim Petrus aequali semper modo *Tractatus mysteriorum* excerpsit, partes nunc perditas, quarum notitiam soli Petro diacono debemus, prolixas non fuisse excerptoris fragmenta neque longa neque multa documento sunt. dolendum sane est, quod Petrus priorem tantum librum excerpsit.

Discissus ac lacunosus secundus quoque liber nobis traditus est. ac primum quidem perierunt complura, quae sequebantur ultima

[1] IV 31. V 19. XII 46 [2] in ps. 54, 13. 68, 19. [3] in ps. 13, 6. 52, 21. 120, 10. 123, 1. 134, 6. 147, 7.

uerba quaternionis, qui nunc est secundus (p. 37, 21). multa, fortasse duos quaterniones seu paginas triginta duas intercidisse putauit I. F. Gamurrini. H. Lindemann uero, quem sequitur A. Wilmart, unum tantum quaternionem deesse censuit. arbitratur autem ultima uerba pertinuisse ad interpretationem typi Heliae prophetae, quam aliorum prophetarum (uelut Dauidis, Ionae) interpretationes praecessissent. non quidem negandum est ultimis uerbis *Tractatuum* nobis traditis sermonem esse de Helia propheta eaque, si fides habenda esset subscriptioni codicis A (cf. p. 38, 3 not.), ad tractatum de Helia pertinuisse. hoc autem posito ualde dubitari posset, num ille tractatus suo loco traditus esset. sed cum recte monuerit u. c. Aug. Engelbrecht (cf. p. 35, 23) capitulis 11—15 manifesto totius operis perorationem contineri, ex abrupto autem initio totius libri secundi in cod. A seruato conici licere hoc loco in quodam archetypo codicis A complurium aliorum prophetarum interpretationes excidisse, potius putandum est ipsum tractatum de Helia propheta, qui ultimis perorationis uerbis breuiter resumi uidetur, suum locum in illa parte nunc deperdita tenuisse. cui sententiae obstare nequit subscriptio codicis A, fortasse ab ipso librario huius codicis composita; ea enim neque prioris libri typi tractati recensentur omnes et ex exemplis libri secundi manifesto omittitur Hiesus Naue. quod autem ex prophetis nominantur tantum Osee et Helias, facile explicatur eo, quod librarius haec nomina ex initio et fine materiae sibi traditae exscripsit.

Exodium uero *Tractatuum* paucis resumens exemplum Heliae, quale in A traditur, huius operis naturae optime respondere arbitramur, cum in eo disseratur de restitutione uniuersorum extremis diebus peragenda. denotatur enim exodii illius uerbis praedicatio illa prophetae, qua eum in fine mundi restituturum uniuersa, id est reliquum, quod deprehenderit ex Israel, ad cognitionem dei reuocaturum Hilarius ostendit etiam in commentario in Matthaeum[1]. quoniam uero f. 13ᵛ est ultimum folium quaternionis tertii, ea perorationis pars, quae excidit (p. 37, 21), expleuit minimum unum folium noui quaternionis; plura folia excidisse ut statuamus, nulla ratio nos cogit. Hilarium autem in *Tractatibus* non neglexisse typum Heliae prophetae etiam ex eo concludendum est, quod in aliis commentariis de s. scripturis confectis saepius uerba de illo pro-

[1] 17, 4. cf. ib. 26, 5. in ps. 59, 13 p. 201, 20 sq.

pheta facit. commemorat enim coruum cibos Heliae solitum inferre[1], prophetam in corpore raptum in caelestem habitationem[2], eundem in transfiguratione Christi in monte Thabor constitutum[3], eum denique in fine mundi uenturum atque ab antichristo perimendum[4]. hos igitur uel similes typos etiam in *Tractatibus mysteriorum* ab Hilario enarratos esse ualde est uerisimile.

His omnibus consideratis atque perpensis adnectimus conspectum quaternionum olim in libro Casinensi contentorum signantes folia libri olim integri litteris crassioribus et addentes foliis nunc perditis asteriscos.

I quaternio, **f. 1***: initium prologi.

f. 2—6 = f. 1—5 = p. 3, 7—15, 20: finis prologi, Adam (et Eua), Cayn et Abel, Lamech (et Seth), Noe (et filii eius Sem, Iaphet, Cham) ex parte.

f. 7*—8*: Noe (et filii eius Sem, Iaphet, Cham) ex parte, Abraham ex parte.

II quaternio, **f. 9*—16***: Abraham (et Sara) ex parte, Ysahac (et Rebecca), Iacob (et Esau) ex parte; cf. fragmenta alibi seruata p. 15, 23—17, 18.

III quaternio, **f. 17—24** = f. 6—13 = p. 18, 3—37, 21: Iacob (et Esau) ex parte, Moyses, Osee, Hiesus Naue (et Raab), perorationis initium.

IV quaternio, **f. 25***: peroratio ex parte.

f. 26 = f. 14 = p. 37, 26 et p. 209—212: finis perorationis, initium libri hymnorum i. e. hymnus *Ante saecula* ex parte.

f. 27*—30*: hymnus *Ante saecula* ex parte, alii hymni, hymnus de resurrectione Christi ex parte.

f. 31 = f. 15 = p. 212—216: hymnus de resurrectione Christi ex parte, hymnus *Adae carnis* ex parte.

f. 32*: hymnus *Adae carnis* ex parte, fortasse alii hymni.

[1] In ps. 146, 12 p. 853, 2 sq. [2] in ps. 118 Záde 3 p. 517, 6 sq. [3] in Matth. 27, 2. [4] in Matth. 20, 10.

II A.
DE COLLECTANEIS ANTIARIANIS PARISINIS (FRAGMENTA HISTORICA).

1. De titulo et dispositione. — 2. De codicibus totius collectionis. — 3. De textibus parallelis. — 4. De editionibus. — 5. De fontibus collectionis eiusque redactore. — 6. De huius editionis natura.

1. Anno 1598 Nicolaus Faber (Le Fèvre), uir de studiis humanioribus promouendis optime meritus, Lutetiae Parisiorum edidit collectionem complurium documentorum saeculi IV, quae ad impugnandos Arianos congesta et ex parte textibus narratiuis inter se coniuncta sunt, collectionem quidem, si folia numerantur, non adeo magnam, sed si argumenta considerantur, grauissimam[1]. hanc editionem prelo parauerat et ad finem fere perduxerat Petrus Pithoeus secundum codicem saeculi XV, qui dicitur Pithoeanus (= T, cf. infra p. XXXVII), cum morte praematura abreptus est. in illo autem libro manu scripto Pithoeus inuenerat collectionem in duas partes diuisam, unam partem titulo carentem, alteram inscriptione ornatam, quae Hilario Pictauiensi libellum hisce uerbis attribuit: *Incipit liber secundus Hilarii Pictauensis prouinciae Aquitaniae, in quo sunt omnia, quae ostendunt uel quomodo, quibusnam causis, quibus instantibus sub imperatore Constantio factum est Ariminense concilium contra formellam Nicheni tractatus, qua uniuersae haereses comprehensae erant.* ultimum documentum alterius partis concludebatur hac subscriptione: *Explicit Sancti Hilarii liber ex opere historico.* Faber, qui Pithoei editionis curam suscepit, totam collectionem in codice Pithoeano male in duas partes distinctam esse parte posteriore priori per errorem anteposita ratus ordinem utriusque seriei mutauit, ita ut inscriptio supra memorata in totam quasi collectionem caderet et litterae synodi Parisiensis, a qua in codice prioris partis initium sumebatur, sequerentur tamquam rescriptum epistulam Orientalium synodi Seleuciensis, quae finem faciebat parti alteri. paginas autem editionis suae Faber a secunda parte noua serie numerorum signauit. praemisit uero operi hunc titulum: *Hilarii Pictauensis prouinciae Aquitaniae episcopi ex opere historico Fragmenta numquam antea edita.* in fine adiecit documentum aliquod, quod etiam in posterioribus editionibus semper recusum est, scilicet: *Damnatio blasphemiae Arii et expositio*

[1] Cf. Faber, Praef. p. 2.

integrae et catholicae fidei, quam catholici in tractatu Ariminensi firmauerunt et manu sua subscripserunt. de quo documento Faber ita dicit: *quod sequitur, est ex alio cod. Deruen. post exemplar fidei Nicenae*. sed quia hoc documentum nullo modo ad collectionem nostram pertinet, in nostra editione id plane negleximus.

Ordinem fragmentorum denuo inuertit Petrus Coustantius e congregatione Maurinorum in editione anni 1693. cum enim eo ordine, quo in cod. T et in huius apographo cod. C (u. p. XXXVII) collectio exstaret, sine fastidio et sine quodam a uero aberrandi discrimine legi uix posse putaret, hanc dispositionem Coustantius censuit optimam fore, quae omnia sic temperaret, ut et temporum seruaretur ordo nec rerum ab Hilario ordinatarum ratio immutaretur. eam ob rem se obseruasse, quoties in toto opere desideraretur aliquid, quod auctor se subnexuisse significaret, aut sequeretur aliquid, quod cum praecedentibus non cohaereret, atque proinde opus in tot fragmenta se partitum esse, quot in locis nactus esset dissutum aut aliqua sui parte mutilatum, et fragmenta singula, numero quindecim, secundum ordinem temporum collocasse. editioni autem praefixit titulum hunc: *Fragmenta ex libro Sancti Hilarii Pictauensis prouinciae Aquitaniae, in quo sunt omnia* etc. (cf. p. XX). ut ordo monumentorum, quem Faber secutus est, et ordo a Coustantio propositus melius cognoscantur, ambo hic inter se conferantur. tituli singulorum fragmentorum, qui apud Fabrum et Coustantium uix discrepant, sunt fere iidem atque in cod. C.

<table>
<tr><th>ORDO FABRI:</th><th>ORDO COUSTANTII:</th></tr>
<tr><td>Liber Sancti Hilarii Pictauensis prouinciae Aquitaniae, in quo sunt omnia etc.</td><td></td></tr>
<tr><td>Sancto spiritu plenus Paulus apostolus etc. . . . .</td><td>Fragm. I.</td></tr>
<tr><td>Epistula synodi Sardicensis ad uniuersas ecclesias . . . . .</td><td rowspan="5">Fragm. II.</td></tr>
<tr><td>Epistula facta ad Iulium urbis Romae episcopum, Iulio episcopo a synodo directa . . . .</td></tr>
<tr><td>Epistula, quam post renuntiationem Orientalium Athanasium reum non esse in urbe Roma holographa manu Ualens perscripsit et Ursacius subscripsit . . . .</td></tr>
<tr><td>Item exemplum alterius epistulae Ualentis et Ursacii, quam post aliquantum temporis ab Aquileia, postea quam hanc superiorem Romae emiserant, ad Athanasium miserunt et episcopos . . . .</td></tr>
<tr><td>Fides apud Nicaeam conscripta a trecentis decem et octo episcopis contra omnes haereses . . . .</td></tr>
</table>

Epistula Liberii episcopi urbis Romae ad Orientales episcopos	Fragm. IV.
Epistula Liberii episcopi urbis Romae facta ad catholicos episcopos Italiae	Fragm. XII.
Epistula episcoporum Italiae (ad episcopos Illyricos)	
Epistula Ualentis et Ursacii et aliorum ad Germinium	Fragm. XIV.
Rescriptum Germinii ad Rufianum, Palladium et ceteros	Fragm. XV.
Liberius antequam ad exilium iret, hanc uniformem epistulam confessoribus scripsit, id est Eusebio, Dionysio et Lucifero in exilio constitutis	
Item Liberius, antequam iret in exilium, de Uincentio Capuensi ad Caecilianum episcopum Spoletinum scripsit	
Post haec omnia, quae gesserat uel promiserat Liberius, missus in exilium uniuersa in irritum deduxit etc.	Fragm. VI.
Dilectissimis fratribus presbyteris et coepiscopis Orientalibus Liberius	
Item Liberius de exilio Ursacio, Ualenti et Germinio	
Item de exilio Liberius Uincentio	
Epistula Orientalium episcoporum, quam reuersis ab Arimino legatis dederunt	Fragm. X.
Fides catholica exposita apud Fariseam ciuitatem ab episcopis Gallicanis ad Orientales episcopos	Fragm. XI.
Eusebius ad Gregorium episcopum Span.	
Epistula Germinii episcopi aduersus Arianos	Fragm. XIII.
Decretum synodi Orientalium apud Serdicam episcoporum a parte Arianorum, quod miserunt ad Africam	Fragm. III.
Epistula Ariminensis concilii ad Constantium imperatorem, ubi episcopi praeuaricati sunt a fide uera	Fragm. VIII.
Gesta, ubi praeuaricati sunt episcopi legati a fide uera	
Exemplum fidei epistulae missae ad Constantium imperatorem a perfidis episcopis	Fragm. IX.
Epistula legatorum missa ad Constantium imperatorem a Liberio episcopo Romae per Luciferum episcopum	Fragm. V.
Epistula Constantii (Constantini Faber) *imperatoris ad episcopos Italos, qui in Ariminensi synodo conuenerunt*	
Definitio catholica habita ab omnibus catholicis episcopis, priusquam per terrenam potestatem territi haereticorum consortio sociarentur in concilio Ariminensi	Fragm. VII.

Cum autem editoris sit fragmenta eo ordine, quo in libris manu scriptis tradita sunt, in lucem proferre idque eo magis, quod de origine nostrae collectionis tantum coniecturae plus minus probabiles factae sunt, reliquimus plane immutatam et diuisionem collectionis in duas partes seu series et ipsum ordinem singulorum

utriusque partis fragmentorum. sed ut clarior esset conspectus totius collectionis et commodior eius usus atque indicatio singulorum monumentorum, fragmentis titulum breuem in margine praefiximus. quod ad titulum totius collectionis attinet, iam in *Studien I* 5 proposuimus, quoniam codicum nostrorum memoria titulus proditus non est, ut inscriptionem aptam, dilucidam, commodam hanc: *Collectanea Antiariana Parisina, quae uulgo dicuntur Fragmenta historica S. Hilarii Pictauiensis* (compendio abbreuiatam *Coll. Antiar. Par.*); indicari igitur potest certus quidam locus breuiter u. g. ita: *Coll. Antiar. Par. Ser. A IV 1, 5.* rationes autem, quae nos mouerunt ad eligendam hanc nouam eamque a nobis fictam inscriptionem, sunt hae: tituli usque adhuc usitati nec traditione librorum manu scriptorum ulla ratione confirmantur et multorum de origine collectionis opinionibus aduersantur. nouus autem titulus eiusmodi esse debet, u' et naturam collectionis breuiter exprimat, quae constat documentis uariis uariorum auctorum ad Arianae haeresis impugnandae historiam pertinentibus insertis textibus narratiuis unius uel plurium redactorum, et ut omnibus, qui opus illud indicare uel indicatum recognoscere uelint, commodus sit. uox uero *Collectanea* magis consentanea uidetur quam uox *Collectio* eo, quod congestio illa fragmentorum nobis minus ordinate tradita est. uox denique *Parisina* significat locum, ubi unicus ille et antiquissimus liber manu scriptus, ex quo pendent ceteri, seruatur.

Sequitur iam ordo noster *Collectaneorum*, qui codicis Parisini auctoritate nititur, comparatus cum ordine Coustantii. titulos autem singulorum fragmentorum finximus nos rationem habentes cum titulorum in textu illius codicis traditorum (cf. ipsum textum editum) tum uniuscuiusque fragmentorum ipsorum argumenti.

Collectanea Antiariana Parisina.

SERIES A.	Coustantius:
I. Epistula synodi Parisiensis ad episcopos Orientales.	XI 1—4.
II. Epistula Eusebii episcopi Uercellensis ad Gregorium episcopum Elbiritanum.	XI 5.
III. Ex epistula Germinii episcopi Sirmiensis ad episcopos Arianos: symbolum Germinii.	XIII.
IV. Epistula synodi Sardicensis Orientalium cum symbolo et nominibus episcoporum, qui subscripserunt.	III.
1. Epistula synodalis.	

SERIES B.

2. Iam disseramus de libris manu scriptis atque primum quidem de iis, qui totam collectionem fragmentorum continent.

1. Cod. Parisinus Armamentarii lat. 483 (448 T. L.), membran., saec. IX[1]. complectitur 115 folia longa 308 mm, lata 235 mm. duas paginas lucis ope depictas repraesentauimus in *Studien I*. liber nitide exaratus litteris aeui Carolingici propriis uidetur fuisse monasterii cuiusdam Galliarum ad septentrionem uel ad orientem sitarum. nam regesta defunctorum, qui ad complura monasteria illarum regionum pertinent, in calce codicis a manu saec. XIII adnexa sunt. codex, qui prioribus editoribus *Collectaneorum* ignotus fuit, primum commemoratus inuenitur in catalogo, quem de bibliotheca castelli Maffliers (Seine et Oise) baronis cuiusdam de Heiss Bartholomaeus Mercier, praesul abbatiae Saint-Léger, anno 1778 composuit. sunt autem eius uerba haec: *Codex Pergameneus X. saeculo litteris lombardicis exaratus in fol., in illo continentur: 1. Cassiani libri VII de incarnatione Domini ctr. Nestorium, 2. S. Athanasii ad Epitectum* (sic) *liber de fide catholica, 3. S. Hilarii*

[1] Cf. H. Martin, *Catal. des Mss de la Bibliothèque de l'Arsenal* I (1885) 332 sqq.; M. Schiktanz, *Die Hilarius-Fragmente* (1905) 22 sqq.; L. Delisle, *L'ancien manuscrit de Saint Hilaire n. 483 de la bibliothèque de l'Arsenal* (*Bibliothèque de l'Ecole des Chartes* LXXI [1910] 299—304); *Studien I* 7 sqq.

(in mg. *Pictauiensis*) *de essentia patris et filii contra hereticos liber* (*excerptus ex libro 7. de trinitate*). *4. Fides catholica exposita apud Phariseam ciuitatem ab Episcopis Gallicanis ad Orientales episcopos* (*eodem S. Hilario Auctore*), *5. Eiusdem Hilarii et S. Athanasii Opera uaria seu partes operum quorundam* (*codex optimae notae*). Heiss a. 1781 codicem cum aliis libris uendidit marchioni de Paulmy, ex cuius librorum thesauris ortum ducit bibliotheca Parisina Armamentarii. adhuc signatus est cod. A uerbis: *de la Bibliothèque de M. de Paulmy, Théologie, cartes n. 771 C.*

Praecedit in A index rerum contentarum hic:

IN HOC CODICE CONTINENTUR
CASSIANI LIBRI SEPTEM
CONTRA NESTORIUM

Epistola athanasii ad epithectum (sic) *de fide.*
Liber sc̄i hilarii de essentia patris et filii contra hereticos.
Fides catholica exposita apud phariseam ciuitatem ab ep̄is gallicanis ado (sic) *ad orientales ep̄os.*
Epistola eusebi ad gregorium ep̄m spanensem.
Epistula germinii ep̄i aduersus arrianos.
Decretum orientalium episcoporum quod miserunt ad africam.
Epistula ariminensis concilii ad constantium imperatorem ubi praeuarica ricati (sic) *sunt a fide uera.*
Epistula missa ad constantium imperatorē a perfidis episcopis.
Epistula ad constantiū imp̄r a liberio ep̄o urbis romę missa per luciferū ep̄m.
Epistula constantini (sic) *imperatoris ad ep̄os italiae q̲ ariminensi synodo conuener̄.*
Definitio abita ab omnib. catholicis episcopis priusquā per terrenā potestatem territi. hereticorum consortio sociarentur in concilio ariminensi.
Liber sc̄i hilarii pictauensis episcopi.
Epistulae synodi sardicensis ad uniuersas ecclesias.
Epistula facta ad iuliū urbis romę ep̄m iulio ep̄o a synodo directa.
Epistula quā post renuntiationē orientalium athanasium reum non esse in urbe roma olographa manu ualens perscripsit et ursacius subscripsit.
In exemplum alterius epistulae ualentis et ursaci quam post aliquantū temporis ab aquileia posteaquā hanc superiorē romae miserant ad athanasium miserunt episcopum.
Fides apud niceā conscripta a trecentis decē et octo episcopis c̄tra om̄s hereses.
Epistula liberii ep̄i urbis romae ad orientales ep̄os.
f. 1ᵛ *Item epistula liberii episcopi urbis romae ad catholicos italiae episcopos.*
Epistula episcoporum italiae ad ep̄os yllirícos.
Epistula ualentis ursaci et aliorum ad germinium.
Rescriptum germinii ad rufianū palladium et ceteros.

Epistula liberii scripta ad eusebium dionisium et luciferum confessoribus antequam ad exilium iret.
Item eiusdem ad cecilianum epm spolitinum.
Quomodo liberius haec omia quae gesserat uel promiserat missus in exiliũ uniuersa in irritum deduxit.
Item eiusdem de exilio ursacio ualenti germinio.
Item epistula liberii de exilio ad uincentium.
Epistula orientalium episcoporum quam reuersis ab arrimino legatis dederunt.

Indicem sequuntur 'Libri septem Cassiani de incarnatione domini contra Nestorium' cum praefatione (f. 1ᵛ—61ᵛ). traditur dein *liber sci Athanasii ad Epictetum de fide catholica*, hoc est epistula Athanasii Alexandrini ad Epictetum episcopum Corinthium, et sequitur: *incipit sci hilari de essentia patris et filii contra hereticos*, h. e. fragmentum ex libris Hilarii de trinitate (X 887 sq. M). f. 76ʳ—113ᵛ repraesentantur *Collectanea* sine inscriptione, subscriptio autem habetur haec: *explicit sci hilarii ex opere historico.* folium 114ʳ non est inscriptum, in f. 144ᵛ—115ᵛ inueniuntur excerpta ex historia tripartita Epiphanii.

In margine textus *Collectaneorum* complures notae adiectae sunt, quae partim breuiter summa rerum capita indicant, partim alicuius scribae animaduersiones criticas continent; recepimus has notas in apparatum criticum, cum uerisimile sit scribam codicis A eas iam repperisse in archetypo suo; nam tales notulae marginales desunt in textu epistulae Athanasii et fragmenti Hilariani supra memorati. hoc posito melius etiam explicatur, quod aliquae animaduersiones scribae cuiusdam codicis antiquioris procul dubio primitus in margine positae in nostro codice inueniuntur in ipso textu (cf. p. 169, 8. 10. 13. 170, 8.). non tamen cum Fabro et Coustantio sententias quasdam in epistula synodi Sardicensis Orientalium (sc. *sed propter compendium haec hactenus de Marcello* 53, 10 sq.; *nec actus commissi umquam ab innocentibus fuerant* 53, 25 sq.; *erant quidem illi grauia et acerba ab accusatoribus obiecta* 53, 29 sq.) pro interpolatis, sed pro genuinis habemus ideoque in ipso textu immutatas reliquimus. neque cum aliis glossema esse putamus uerba *sicut in Ariminensi synodo continetur*, quae habentur in textu narratiuo Hilarii p. 155, 26. ex suo scriba codicis A nihil correxit uel addidit ideoque liber quam maximam fidem meretur; menda autem, quae inueniuntur, eius scribae uel praedecessorum erroribus in legendo uel scribendo exortis tribuenda sunt.

Anno 1906 Parisiis codicem A cum codice C, ex quo editio Fabri prodiit, accurate contulimus et cum certitudine concludere potuimus, id quod M. Schiktanz iam suspicatus erat, codicem A esse archetypum, ex quo cod. T, cuius apographon est cod. C, descriptus est. argumenta autem, quibus id nobis euincitur, uberius iam exposuimus in *Studien I* 11—13.

Quod ad r e m o r t h o g r a p h i c a m codicis A attinet, plane singularis est eius codicis condicio. itaque fusius de hac re agentes sub uno conspectu afferimus et quae sit codicis orthographia et quatenus nos eam in editione repraesentare par fuerit. ac primum quidem formas traditas eas omnes in textum ipsum admisimus, quae a saeculo auctorum non abhorrent, praeferentes ita memoriam codicis unici eiusque optimi sequi quam ad scribendi rationem uniformem quidem, sed rerum ueritati non consonam sectandam adniti. et ita agere nobis eo magis licere arbitramur, quod documenta uaria, quae cod. A tradit, a diuersis auctoribus uel redactoribus, a diuersis temporibus et locis ortum ducunt eaque omnia eandem rationem orthographicam secuta esse minime putandum est. quare si in codice A cum eadem uocabula tum eadem nomina propria uarie scribuntur, hanc uarietatem imitari non dubitamus, dummodo formae traditae aetati ipsorum auctorum ne obsint neue nimis oculos lectoris offendant — ut fit u. g. in mere phonetica mutatione consonantium *b* et *u* (*silbanus*, *uitinia*, *euseuius*) uel in falsa et extraordinaria addita aut omissa aspiratione uocabulorum imprimis latinorum (*heusebianam*, *helianum*, *ithaliam*, *aciui*). ex apparatu uero critico semouimus orthographica minoris uel etiam nullius momenti, ne quisquiliis nimis oneraretur, omnia. ad usum autem eorum, qui edoceri uolunt de scribendi ratione codicis A, hic addere placet uarias formas huius codicis orthographicas generis phonetici in ordinem congestas. lectiones, quas in ipsum textum recepimus, signamus asterisco, lectiones a mendis correctas duobus asteriscis.

ae (*ę*) pro *e* in aduerbiis, uelut: *absolutae*, *apertae*, *cotidiae*, *dignae*, *impiae*, *impiissimae*, *iustae*, *legitimae*, *maximae*, *perditae*, *pessimae*, *piae*, *proximae*, *publicae*, *rectae*, *praecipuę*, *publicę*. — in coniunctionibus et praepositionibus: *quae*, *sepae*, *tae*, *atquę*, *itaquę*, *sę* etc. — in terminationibus casuum, praesertim in ablat. sing. 3: *cedaes*, *faciaem*, *auctoritatae*, *consuetudinae*, *criminae*, *itinerae*, *nominae*, *temeritatae*, *tumorae*, *cognitionę*. — in terminationibus uerborum, uelut: *dicerae*, *facerae*, *inducaerae*, *quiescae*, *respicitae*, *denegarę*, *obessę*. — alibi: *aeccles-*, *aedita*, *aelementa*, *aepistula*, *aetiam*, *aliaenus*, *braeui*,

caeteris, communaefacimus, creaetur, debaebant, depraec-, detaectus, huiuscaemodi, interpraetatione, laetalis, paetita, piaetat-, (con)praesbyt- (praesbil-), quaerell-, quaeror, reuoluaendi, subpraessisse, terraere, trahaebamur, laborent, laqueis, interpretatione.

e pro *ae* in terminationibus, uelut: *acaie, alexandrine, asclepe, bone, catholice, campanie, carthe, cognite, commemorate, deprauate, doctrine, elicite, epistule, iniuriose, inlate, integre, littere, male, perpetue, poene, prophete, recte, rome, romane, scelerate, scribte, tante, uniuerse, uiue.* — alibi: *adhere, ced-, cel-, egrotantes, equalem, etate, estimauerit, etern-, excecauit, hec, hereat, meror, penae, penit-, presentes, prestat, preuaricati, que, quecumque, quedam, queque, querere, questio, secul-, seuiori* etc. — quod autem a saeculo IV non alienus est usus scribendi *e* pro *αι* graeca, admisimus has formas: *heres-** (*heretic-**) 43, 17. 44, 3. 92, 1. 95, 4. 12. 97, 3. 5. 7. 11. 100, 16. 101, 4. 103, 5. 105, 8. 111, 11. 119, 2. 122, 4. 127, 1. 13. 129, 3. 131, 2. 144, 6. 12. 145, 2. 146, 6. 147, 24. 148, 11. 24. 149, 24. 150, 6. 151, 4. 153, 7. 9. 24. 158, 24. 174, 11. 18. 175, 18. 177, 15 (*haeres-,* haeretic-** saepius), *edesius*** 76, 17, *elatea*** 135, 3, *eudemon** 76, 11. 77, 5, *eugeus** 75, 2, *grecianus** 96, 20, *ireneus*** 138, 2, *iudeo-*** 67, 15. 148, 21, *museus*** 133, 8, *palestina** 49, 2. 55, 20. 119, 9. 121, 1. 133, 7. 137, 5 (sed *palaestinam** 54, 2).

ae pro *oe- faeditate* 55, 19, *maesiae** 119, 10.

e pro *i*: *paracletum** 147, 28.

i pro *e*: *celibrare* 58, 8, *tacio* 140, 25; recepimus autem in textum has uetustiores formas: *beniuolo** 93, 9, *beniuolentia** 144, 3. 169, 6, *cathecuminum** 141, 22 (alios testes huius formae u. in Thes. ling. lat. III 600), *triueris** etc. 66, 2. 30. 102, 10; item recepimus has formas ex graeco deriuatas: *a birito*** (Βηρατοῦ) 75, 11, *heraclia** 74, 15. 119, 7 (*eraclia** 134, 8).

i pro *ii* in genet. sing. 2: *arri** 91, 20. 92, 1. 15 (sed *arrii** 92, 13. 119, 2), *asclepi** 113, 2, *athanasi** 54, 7. 57, 20. 58, 24. 66, 3. 89, 19. 91, 24. 26. 113, 1. 114, 9. 127, 17. 154, 24. 155, 8. 184, 16 (sed *athanasii** 106, 6. 141, 19. 143, 1. 9. 144, 2. 146, 25. 148, 2. 155, 17. 171, 11. 173, 5), *eusebi** 47, 13. 117, 6, *germini** 47, 16. 160, 20, *liberi** 155, 3. 156, 12, *meliti*** 116, 10, *sabelli** 50, 11. 52, 11 (sed *sabellii** 44, 6), *ursaci** 144, 13. 145, 5 (sed *ursacii** 46, 15. 159, 4), *uincenti** 167, 2 (sed *uincentii** 166, 18); *isdem** 93, 23.

i pro *y* (υ graec.) in uocabulis de lingua graeca petitis, uelut: *martir-** 81, 4. (*martyr-** saepius), *mister-** 53, 14. 58, 8. 63, 10 (*myster-** saepius), (*con*) *presbit-** 48, 17. 53, 18. 60, 24. 114, 9. 116, 6. 7. 11. 117, 2. 119, 3 (scripsi tamen hoc loco *y* propter praecedens *presbyterium**). 128, 11. 145, 10. 168, 5. 171, 3 (*-presbyt-** saepe), *sinod-** 48, 9 (*synod-** saepe). — fere semper in nominibus propriis graecis: *anquira** 55, 12. 75, 13, *birito*** 75, 11, *bitinia** 49, 4 (*bitynia** 54, 6), *bitinicus** 75, 23, *cicladon** 49, 5, *ciparissia*** 139, 4, *dionisi-** 61, 12. 75, 9. 138, 4, *dorilao*** 75, 12, *eptapilos*** 135, 1, *euthicio** 48, 15, *euticius** 78, 3. 139, 5, *frigia** 49, 5, *himeneus*** 134, 5, *lidiae*** 49, 5, *lignido*** 135, 2, *linci*** 134, 8, *lisinia*** 75, 2, *martirius** 160, 6 (sed *martyrius** 91, 19. 138, 3),

*pamphilia** 49, 4, *porfirius** 133, 4, *sciro*** 138, 2, *sinferonti*** 48, 15, *siria** etc. 61, 16. 74, 3 (sed *syria** 49, 3), *ticius** 139, 5, *trifon** 136, 2.

y pro *i*: *ancylu* 78, 5 pro *ancialo*, *arcydami** 127, 8, *hyatu* 140, 14, *paraclytum* 48, 5 (fortasse per falsam analogiam ut *inclytus*), *pyson* 76, 1 (sed *pison** 76, 9), *uby* 87, 19. — formae autem *syrmium** 146, 5. 169, 7. 170, 3 et *syrmiensis*** 142, 12 in usu erant, ut patet ex aliis exemplis; cf. *Syrmis* apud Iordanem, Getica 264 et MGh, Auct. antiq. XIII Index VIII p. 689. similiter uidentur lectiones *mursa** 78, 7, *myrsa** 119, 10, *mirsa** 131, 4 ex uariis formis graecis *Μοῦρσα* et *Μύρσα* deriuatae esse; cf. *Myrsam* apud Orosium VII 22, 10.

o pro *u*: *incolom-** 145, 13. 173, 11, *com* saepe, *epistol-** 45, 11. 46, 6 (*epistul-** saepe), *inlyricom* 158, 9, *noncup-* 140, 27. 153, 14. 26, *secondus* 98 n. 3, *unicom* 147, 27, *mostus* 133, 8 pro *museus*, *pelosio* 76, 12, *plotarcus* 137, 2, *theodolus* 76, 18.

u pro *o*: *apostulus* 99, 1, *constantinupol-** (ex *Κωνσταντινουπολ-*) 60, 17. 61, 25. 66, 8. 67, 2. 4. 6 (sed *constantinopol-** 45, 10. 50, 20. 51, 15. 55, 10. 61, 23. 66, 4), *cummun-* (saepius), *sinferunti* 48, 15.

b pro *p*: *-scribl-* (*-scribs-*) saepius, *babtizatus* 81, 2, *turbiter* 66, 20.

p pro *b*: *suptiles* 146, 24, bene in *optin-** 96, 3. 98, 18. 101, 13. 142, 4 bis.

b pro *u*: *archibo*, *bacat*, *beaberis*, *benenum*, *captibare*, *conibentiam*, *debot-*, *deprabatio*, *fabent*, *iubenescunt*, *nobas*, *pribatim*, *silbanus* 170, 6.

u pro *b*: *aceruis*, *confiteuitur*, *confiteuor*, *deliueratione*, *dignaueris*, *existimauitur*, *inprouitas*, *inprouauiles*, *inreprehensiuilem*, *iudicauit*, *liuer*, *negauitis*, *orauit*, *pleuis*, *praeueatur*, *prouet*, *prouitatem*, *reparauitur*, *rouoretur*, *separauit*, *seruauitur*, *uasilica*, *uene*, *ueruis*, *uiblioteca*, *uiennium*, *euseuius* saepius, *liuerius* saepius, *theuis* 133, 8, *uasilium* etc. 123, 1. 159, 24, *uitinia* 49, 4.

c pro *t*: *accusacionem*, *adsercionis*, *affeccionem*, *ambiciosa*, *audienciam*, *consenciente*, *consorcium*, *discuciantur*, *eciam*, *flagiciis*, *forciores*, *malicia*, *perfeccio*, *pacior*, *pocius* etc. — in nominibus propriis: *aecianae** 158, 24, *diocleciana** 61, 15, *dioclecianopoli** 133, 3, *galacia** 49, 4. 22 (sed *galatia** etc. 49, 3. 55, 12. 133, 5), *geroncius** 139, 3 (sed *gerontius** 74, 6), *marciali** 174, 6, *pancracio** 93, 10 (sed *pancratius** 75, 17. 163, 15), *quincianum** 123, 2.

t pro *c* ante *i* sequente uocali: *abitiendus*, *adsotiato*, *audatia*, *despitiebant*, *fallatiae*, *inditia*, *iuditio*, *pernitioso*, *pertinatiores*, *sotiarentur* etc. — in nominibus propriis graecis *t* pro *κ* positam mutamus in *c*, cum scribas *t* et *c* saepissime confudisse satis constet, exceptis aliquibus nominibus, quae tamquam latina usurpabantur uelut *patritius** 174, 7 et *ursatius** 80, 6. 106, 3. 123, 5. 144, 13. 158, 25. 159, 6. 161, 1. 163, 16. 170, 11. 174, 5 (sed *ursacius** saepe), *acatius* 131, 7, *anthiotia* 131, 6, *cappadotia* 49, 3, *sarditiam* 60, 16 (cf. 48, 9). — *t* pro *c* ante unam uocalem: *audatiter* 66, 15, *homitidia* 67, 5, *iuditibus* 57, 9, *partitipem* 58, 13, *profeteris* 47, 9, *raditibus* 65, 22.

c pro *g*: *sucgestionibus* 58, 20.

g pro *c*: *dogtrinae* 82, 5, *refrigaretur* 65, 12.

c pro *qu*: *alico* 59, 6, *co* 57, 30. 58, 4, *cominus* 49, 18, *condam* 55, 10 (*cundam* 56, 24), *cos* 58, 30.

qu pro *c*: *hereti quorum* 60, 23, *quoepiscopus* 118, 3, *quur* 176, 5. — in nominibus propriis *qui* pro κυ graeca: *anquira** 55, 12. 75, 13, *anquiritanus** 163, 15, *quimatio** 66, 26, *quirius** 76, 8.

d pro *t*: *adque* saepius, *capud* 127, 4, *quodquot* 56, 21, *uelud* 146, 26.

t pro *d*: *aliquit* 94, 10. 18, *intrępitanter* 164, 1.

f pro *ph* (φ) saepius secundum usum fere communem saeculorum IV et V: *amfioni** 48, 15, *asopofoebiis*** 137, 7, *demofilus** 78, 2. 91, 18. 170, 4. 5, *efeso** 131, 8 (sed *epheso** 74, 7. 119, 9), *filadelfia** 76, 8, *filetus** 76, 3. 5, *filippis** 133, 4, *filippopoli** 78, 3, *filoxeni*** 127, 8, *foenice*** 49, 3, *fotinus** 142, 10. 12. 18. 145, 2. 146, 5. 12. 14. 18. 22. 26. 147, 1. 6. 12. 148, 2. 158, 14, *frigia** 49, 5, *menofantus** 74, 7. 119, 9. 123, 6. 131, 8, *olografa** 143, 5, *paflagonia*** 49, 4, *philosofiam** 162, 20, *porfirius** 133, 4, *sinferonti*** 48, 15, *sofronius** 174, 7, *stefanus** etc. 121, 2. 123, 5. 131, 6 (sed *stephanus** 74, 3. 119, 7), *thelafius** 74, 12, *trifon** 136, 2. — male *ph* pro *f* ponitur in *prophan-* 49, 24. 53, 14. 54, 20. 55, 16. 59, 2. 60, 22.

g pro *i*: *regectis* 63, 27.

i pro *g*: *iesta* 61, 25, *protoiene* 63, 25.

p inserta inter *m* et *t*(*s*), *m* et *n*: *dampn-** 45, 12. 20. 26. 175, 12. 15. 18. 176, 21. 177, 15. 17, *condempn-** 157, 12. 168, 14 (*damn-**, *condemn-** saepius). *p* inter *m* et *t* (*s*) abest: *contemtu** 177, 6 (sed *contempserunt** 108, 1), *demtum** 80, 4, *promtum** 99, 2 (sed *promptum** 146, 16), *-sums-** (*-sumt-**) 58, 3. 61, 2. 62, 25. 63, 14. 71, 5. 100, 8. 147, 13. 154, 12 (sed *-sumps-**, *-sumpt-** 45, 2. 70, 6), *temt-** 99, 7. 101, 3. 104, 2. 105, 6.

x, *xs*, *cs* promiscue adhibitae: *execr-** 49, 23. 50, 6. 64, 5. 73, 5. 111, 11. 129, 2 (sed *exsecrari** 62, 29), *exilium** etc. semper, *exist-** semper, *exul-** semper, *expect-** semper, *expoliantes** 149, 15, *exlat** etc. semper, *extinguere** 148, 12, *extinctiones** 61, 27, *exsuperat** 99, 13, *exsurrexerunt** 104, 2 (*exurrexerat** 95, 13). — *exsiguam* 148, 4, *conflucserat* 60, 16, *distincsit* 99, 2, *tincxit* 127, 13.

s pro *x*: *ansii* 142, 20, *ausilium* 66, 30.

uocales insertae: *opinior* 141, 3. — bene in *augumenti** 99, 3, *prode esse** 56, 7, *profugiit** 55, 9, *fugierunt** 118, 8, *stranguilarentur** 128, 16. — *i* addita ante *s* impuram: *istatuta* 82, 9. 93, 21. 94, 1. — uocalis primitiua seruata in uerbis compositis: *condamnemur** 62, 15, *detenemus* 87, 22 pro *retinemus*, *possedebit* 99, 18, *praesedemus** 62, 4.

consonae male omissae: *ammitatis* 52, 30, *autoritate* 44, 1, *completitur* 98, 6. — geminatio male neglecta: *acusatus* 66, 22, *ambusit* 142, 3, *antiquisimam* 66, 2, *consumande* 98, 4, *difertis* 175, 19, *eclesi-* 72, 2. 7, *exusisse* 116, 2, *nolent* 129, 3, *posint* 93, 5, *tranquilitas* 92, 8.

consonae additae: *centumplum** (Matth. 19, 29) 99, 17, *coniuncgerent* 59, 26.

— geminatio falsa uel minus recta: *adtullerit* 148, 4, *detullerunt* 110, 2, *intullerunt* 154, 13, *pertullit* 86, 26. 90, 25, *accuss-* 53, 13. 19. 54, 12. 56, 25. 57, 4. 11. 29. 66, 16. 112, 9. 113, 3. 118, 10, *excuss-* 57, 6. 100, 15. 109, 1, *confussionem* 50, 13, *occassion-* 146, 24. 147, 2. 151, 15, *amisserat* 157, 17, *admissimus* 97, 9, *commissit* 61, 24, *permisserunt* 120, 1, *praetermississe* 130, 2, *promisserat* 167, 18, *transmissimus* 160, 16. — in nominibus propriis: *arrabia* 137, 6, *arriminum* etc. 159, 18. 174, 4 (*arriaminum* 157, 2), *arriminens-* 47, 17. 155, 26, *eddesius* 76, 17, *melliti* 116, 10, *mellitium* 116, 11, *palladianu* 75, 24 pro *polidiane*, recte in *arrius** (= *Arius* haereticus), *arrian-**, *arriomanit-**, sed *arius** (= episcopus Arabiae) 121, 1. 137, 5, *ossius** (sed *hossius* 60, 26) passim.

aspiratio male addita uel omissa in uocabulis latinis: *hactibus*, *haecclesiae*, *hoccidentalibus*, *honerosius*, *exhorta*, *hortus*; *ac*, *actenus*, *odiernum*, *orrenda*, *ortamur*, *ostis*, *umani*; *aborrendus*, *anteac*, *exibilis*, *exauriat*, *macinabantur*; *helianum** 155, 10, *hossius* 60, 26 (*ossius** passim), *ithaliam* 158, 7. — *h* male addita in uocabulis graecis: *carthe* 127, 7, *cathenas* 110, 5, *hortodoxum* 168, 2, *synhodus* 87, 5. 19. — *h* addita in nominibus propriis graecis: *heuseuiam* 129, 3 pro *eusebianam*, *hireneus** 170, 6, *aethius** 135, 6 (sed *aetius** 61, 18), *anthiocia** 118, 4. 131, 6 (sed *antiocia** 119, 7, *antiochiae** 74, 3), *arthemius** 86, 2, *cartherius** 76, 2, *euthicio** 48, 15 (sed *euticius** 78, 3. 139, 5), *thelafius** 74, 12, *theno** 77, 7, *thimotheus** 76, 10. 78, 5. — interdum posita est *ch* pro κ graeca ante uocales *e* et *i* et fortasse recte quidem, quia *c* sonabat ut consona sibilans, quod ualet etiam de *th* posita pro graeca τ; formae ut *mareothae** 141, 23 (sed *mareot-** 60, 3. 76, 4. 117, 1. 140, 13. 141, 20), *thaneos** 76, 11, *macharius** 114, 8. 115, 7. 116, 4. 141, 20 (sed *macarius** 174, 10), *nichae** 160, 23 ex analogia ortae esse uidentur. sunt autem exempla haec: *calchedonia** 74, 12, *machedonia** 54, 5. 133, 3. 4. 134, 8. 135, 6. 136, 5. 139, 2. 3 (sed *macedonia** 135, 2), *machedonius** 66, 24. 74, 10. 75, 11. 91, 19. 136, 7, *narchissus* 170, 5 (sed *narcissus** 77, 10. 119, 7. 123, 5. 131, 5), *nichea** (*nichen-**) semper, *trachia*** 49, 6 (sed *tracia** 86, 1. 133, 6. 134, 6). — *ch* male posita pro *h* in uocabulis latinis: *conchilium*, *michi*, *nichil* saepius. — *h* omissam in uocabulis graecis etiam nos omisimus: *anatematizari** 174, 23 (sed *anathema** etc. saepius), *biblioteca** 177, 12, *catecumini** 115, 10 (sed *cathecum-** 115, 5. 6. 141, 22), *catolic-** 103, 6. 156, 13 (sed *catholic-** saepe), *olografa** 143, 5, *omousion** 44, 4. 45, 27. 87, 10. 88, 6, *scismatici** 126, 16, *troni** 152, 11, *ypocritis** 46, 21, *acaia** 61, 12. 135, 1. 136, 2. 6. 137, 2. 7. 138, 2. 3. 4. 139, 4. 5. 6 (sed *achaia** 135, 3), *aciui* 157, 5, *adrianopoli** 55, 21, *antiocia** 119, 7, *anthiocia** 118, 4. 131, 6 (*antiochiae** 74, 3), *arcydami** 127, 8, *aretusa** 74, 18, *bitinia** 49, 4, *bitynia** 54, 6, *bitinicus** 75, 23, *doliceus** 74, 5, *eliodorus** 137, 3 (sed *heliodorus** 160, 23), *emimonto*** 49, 6, *eortasius** 174, 9, *eptapilos*** 135, 1, *eraclia** 134, 8 (sed *heraclia** 74, 15. 119, 7), *eumatius** 174, 8, *eustatius*** 75, 15, *euterius** 133, 6. 137, 4, *euticius** 78, 3. 139, 5 (sed *euthicio** 48, 15), *ieropoli** 77, 17, *particopoli** 136, 5, *plutarcus*** 137, 2, *tebe** 135, 1 (sed *thebis** 133, 8), *terasia** 134, 4, *tessalia** 133, 8. 134, 5 (sed *thessalia**

135, 5), *tessalonice** 135, 6, *tessalonicensis** 61, 19, *ticius** 139, 5, *tracia** 86, 1. 133, 6. 134, 6 (*trachia*** 49, 6), *yginus** 86, 2, *ypata*** 134, 5.

In textibus ab ipso Hilario compositis secuti sumus eius rationem scribendi orthographicam aliunde nobis notam corrigentes *presbitero* 140,11 in *presbytero*, *cecilianum* 166, 16 in *caecilianum* et in epistula Liberii ad Constantium, quae nobis alio quoque uetusto libro manu scripto bonae fidei tradita est, huius codicis meliores formas (*y* pro *i* in *martires* 91, 13, *presbit-* 91, 26. 93. 10) recepimus.

Ea omnia, quae uitio l e c t i o n i s uel s c r i p t i o n i s magis quam pronuntiationis tribuenda sunt et saepe ipsum sensum textus mutant aut obscurant; in apparatu critico adnotauimus.

Saepius etiam accidit, quod litterae e x c i d e r u n t, praesertim in fine uocabulorum sequente uocabulo eadem littera incipiente, uelut 59, 8. 61, 20 *quo⟨d⟩*, 61, 19 *prob⟨r⟩a*, 47, 9, *quanto⟨s⟩*, 56, 7 *in cas⟨s⟩um*, 66, 9 *decessori⟨s⟩ sui*, 80, 8 *qua⟨m⟩ meruerant*, 99, 7 *fide⟨s⟩ saluat*, 160, 14 *illi⟨s⟩ scilicet*, 163, 22 *illi⟨s⟩ sp̄s*, 50, 19 *condi⟨ci⟩tur*, 52, 3 *sollici⟨te⟩*. — saepius excidit *m* finalis, uelut 44, 20 *caritate*, 45, 14 *ignorantia*, 57, 29 *morte*, 60, 23 *doctrina*, 61, 5 *iniuria*, 67, 4 *ciuitate* etc. — ex altera parte *m* uel signum ¯ supra lineam ductum saepius in fine uocabulorum male additur, uelut: 43, 9 *sensum*, 49, 27 *occasum*, 62, 26 *ecclesiam*, 43, 16 *causā*, 45, 7 *formā*, 98, 5 *affeccionē* etc. — aliae litterae falso additae: 141, 11. 12 *quo*[*d*], 59, 23 *iudic*[*i*]*um*, 99, 12 *mundiali*[*i*]*s*, 54, 17 *c*[*r*]*edentibus*, 58, 10 *reprob*[*r*]*um*, 58, 7 *protogene*[*s*] *sedere*, 100, 7 *caeli*[*s*] *spem*, 102, 6 *pertinatiore*[*s*] *studio*, 45, 21 *exul*[*t*]*antium*, 156, 6 *exul*[*t*]*ante*, 61, 22 *habe*[*re*]*tur*, 63, 19 *noli*[*te*]; de nominibus propriis cf. *Studien II* 9.

Aliquoties etiam unum uocabulum per errorem in duo s c i n d i t u r uel duo in unum aut in duo alia diuersa c o n i u n g u n t u r: 46, 13 *det et* pro *decet*, 62, 19 *terrae reputabant* pro *terrere putabant*, 64, 29 *seminare sederunt* pro *semina resederunt*, 86, 26 *scriptore cognoscis* pro *scripto recognosces*, 88, 15 *inhaere* pro *in hac re*, 90, 18 *episcopi tales* pro *episcopis italis*, 93, 14 *tenebis* pro *te nobis*, 98, 20 *traduceret* pro *traduces et*, 99, 6 *obit* pro *ob id*, 147, 15 *in ista* pro *inita* etc. haplographia orta sunt menda uelut 99, 10 ⟨*in*⟩ *iniquitate*, dittographia menda ut 64, 16 [*se*] *senes*.

Errata, quae i n t e r p r e t i latino epistulae synodi Sardicensis Orientalium (Ser. A IV) in uertendis subscriptionibus acciderunt, non correximus, cum ipsi interpreti imputanda sint; reliquit enim saepius per errorem genetiuos graecos, uelut 75, 23 *a Zelon*, 76, 11 *a Thaneos*, 76, 15 *a Troados* (*troadas* A), 77, 15 *ab Attalias* (*a gallias* A).

In a s s i m i l a t i o n e praepositionum in uerbis et uocabulis compositis exemplum codicis A plane secuti sumus:

ad ante *c*: *acclamabant* 61, 6. — ante *f*: *affect-* 50, 25. 98, 5. 100, 3. 165, 14, *adfines* 110, 1, *adfirmet* 140, 27, *adfuit* etc. 44, 1. 119, 8. 123, 7. 126, 15. 144, 6. — ante *g*: *adgregamini* 175, 26. — ante *l*: *allegationes* 93, 9. — ante *m*: *ammirati*

51, 26, *admisceri* 43, 17, *admixtos* 100, 3, *ammitt-* 52, 30. 67, 12. 88, 4 (*admitt-* saepius), *admon-* 94, 1. 3. 102, 17. 130, 17. 156, 6 (*ammonitione* 50, 23, *ammoneo* 172, 16), *ammoueri* 146, 8. — ante *n*: *adnectimur* 99, 24, *annunti-* 50, 16. 51, 24. 166, 5. — ante *p*: *adpalam* 59, 6, *appar-* 87, 22 etc., *adpellatio* 44, 10 (*appellat* 54, 15), *adpetiuerunt* 109, 8 (*appetentes* 64, 20), *adprehend-* 98, 20. 99, 20, *adprobauit* 92, 22. — ante *qu*: *adquir-* 98, 18. 172, 7, *adquiescitis* 175, 12. — ante *s*: *adsederant* 56, 14, *ascend-*, *ascens-* 45, 3. 48, 2 etc., *adsens-* 46, 17. 102, 16. 147, 8. 18. 148, 2. 149, 24 (*assensu* 175, 13), *adser-*, *adsert-* 60, 24. 101, 13. 121, 5 bis. 140, 15. 18. 151, 6. 159, 24. 160, 8 (*asser-*, *assert-* 49, 27. 50, 4. 10. 162, 26), *adseuerar-* 92, 3. 115, 2, *assignent* 151, 20, *adsimilarunt* 117, 8, *adsist-* 140, 9. 153, 3. 175, 24 (*assistentibus* 80, 9), *adsociato* 82, 4, *adsolet* 140, 14, *aspicientes* 54, 10, *adsum-* 45, 2. 70, 6. 71, 5. 87, 14. 100, 8. 154, 12. — ante *t*: *adtestántur* 91, 24, *attritus* 64, 25, *adtul-* 97, 5. 148, 4.

cum (*com*) ante *b*: *combussit* 66, 25. — ante *l*: *conlocauit* 43, 12; *conloquia* 172, 17, *collatione* 95, 7, *collecta* 96, 18. — ante *m*: *commemor-* 130, 12. 175, 6, *commendatio* 56, 4, *comment-* 107, 6. 108, 10. 116, 1, *commercii* 56, 23, *commigrauit* 81, 3, *comminister* 102, 9, *comminuit* 53, 15. 55, 8. 20, *comminus* 86, 12, *committ-* saepe (*conmitt-* 112, 4. 113, 5. 114, 2), *commixtum* 66, 10, *commod-* saepius, *commonefacimus* 159, 16, *commou-* 94, 8. 105, 6. 111, 8, 129, 11, *commun-* saepe, *compar-* (= beschaffen) 54, 25 (*conpar-* 57, 29. 154, 22), *compar-* (= gleichstellen) 54, 27 (*conpar-* 141, 18. 151, 2. 163, 7), *compellere* 45, 12, *conperimus* 160, 26, *competenti* 94, 16 (*conpetens* 94, 6), *conpilauerunt* 60, 21, *conplect-* 98, 6. 148, 16, *comple-* 52, 22. 83, 7 (*conple-* 48, 1. 94, 12), *conplures* 58, 2, *compositi* 140, 4 (-*conposita* 89, 17. 102, 5), *conprehensi* 113, 6. 124, 2, *conpresbyt-* saepius, *comprimere* 148, 11 (*conprim-* 100, 1. 149, 22), *conprob-* 97, 8. 117, 8. 158, 21.

in ante *b*: *imbutus* 142, 12 (*inbutum* 50, 22). — ante *l*: *inlat-* 66, 7. 10, *inlibatam* 91, 13. 159, 15, *inlicitum* 157, 2, *inluminatione* 162, 6, *inlustr-* 54, 9. 56, 3. 87, 7. 165, 12, *inlyricum*** 158, 3. 9. 159, 1. — ante *m*: *inmaculatam* 49, 11, *immanitatem* 61, 24 (*inmaniter* 63, 11), *inmemorem* 66, 9, *inmensa* 60, 16, *inmerito* 93, 8, *inmerserunt* 123, 1, *inmissa* 83, 8, *inmittente* 86, 7, *immutare* 88, 3 (*inmut-* 98, 16. 154, 11. 159, 23). — ante *gn*: *innobiles* 111, 2. — ante *p*: *impend-*, *impens-* 87, 25. 165, 10. 175, 20 (*inpend-*, *inpens-* 102, 6. 25), *imperit-* saepius, *inpertit* 142, 26, *impetr-* 89, 9. 93, 13. 167, 13 (*inpetr-* 90, 8. 23), *impetus* 166, 5, *impi-* saepe, *impleui* 91, 6, *implicetur* 164, 6 (*inplicant* 149, 2), *inplorabant* 113, 2. *import-* 51, 22. 61, 5, *inprobitas* 142, 4, *inprobabiles* 149, 2, *imprudens* 50, 13, *impudenter* 66, 11. 156, 21, *inpugnationem* 114, 4, *impulsus* 170, 14 (*inpulsu* 118, 8). — ante *r*: *inreligiositas* 46, 6, *inrepere* 151, 4, *inreprehensibilem* 118, 6, *inrito* 94, 19 (*irritum* 86, 18. 168, 1), *irrogauit* 66, 18, *inruisse* 141, 20.

ob ante *p*: *opponens* 52, 8, *obpressi* 112, 8, *obpugnarunt* 112, 9. — ante *t*: *optin-* 96, 3. 98, 18. 101, 13. 142, 4 bis (*obtin-* 79, 6. 87, 16).

sub ante *c*: *succumbere* 92, 11. — ante *g*: *sugger-* 163, 23. 164, 7, *suggestionibus* 58, 20. — ante *p*: *subpositiones* 111, 5, *subpressisse*** 90, 10, *subscrib-* etc. 47,

47. 66, 6. 67, 20. 86, 15. 25. 143, 6. 144, 14. 148, 1. 158, 21 (*suscrib-* etc. 58, 11. 66, 10. 85, 3. 11. 86, 22. 23. 88, 1. 96, 10. 97, 10. 131, 12. 158, 12. 163, 21. 164, 9 bis).

Abbreuiationes in cod A inueniuntur sat multae praeter magis communes uelut *d̄s, d̄n̄s, ih̄s, χp̄s, s̄c̄s s̄p̄s, n̄r̄i, nob̄, urā, uob̄, ep̄i, fr̄s, conss̄, p̄, KŁ, om̄s, ē, s̄, ēē*, occurrunt:

c̄c̄ = carissimi, dđ = dilectissimi, f̄f̄ = fratres, s̄s̄ = suprascripti, ūc̄ = uir clarissimus, im̄p = imperator (pro uariis casibus), *IM̄PERT* (= acc.) 89, 2, *AUG* (= dat. sing.) 89, 5, *diac̄* (= abl. sing.) 93, 11, *episc̄* (pro uariis casibus), *EPĪS* (= gen. sing.) 47, 16, *EPISCUM* (acc. sing.) 168, 3, *EPIST* (= gen. sing.) 87, 2. 158, 2, *silur̄m* (= *siluestrum*) 91, 25, *aut̄* (= *autem*) saepius, *eī* (= *enim*) 101, 20, *qm̄* (= *quoniam*) 57, 28, *quō* (= *quoniam*) 65, 2, *nr̄t* 118, 3, *salt̄* (= *salutem*) 43, 8, *SPAN̄S* (= acc. sing.) 47, 14. — abbreuiationes in terminationibus adhibentur praecipue hae: *b;* = *bus* (u. g. *omnib;*), *b:* = *bus* (u. g. *reb:*), *b̄* = *bis* (u. g. *nob̄*), *q.* = *que* (u. g. *itaq.*), *r̄* = *runt* (u. g. *dixer̄*), *r̄t* = *runt* (u. g. *poluer̄t*), *t* = *tur* (u. g. *habet*), *t̄* = *ter* (u. g. *frat̄, propt̄*), *t̄* = *tem* (u. g. *aeternitat* 148, 23, *natiuitat̄* 161, 9, *salut̄* 168, 6).

2. Cod. Remensis S. Remigii deperditus (= S). editione principe *Collectaneorum* iam uulgata Iacobus Sirmondus S. I. inuenit in bibliotheca monasterii Remensis ad S. Remigium librum manu scriptum, qui continebat eadem *Collectanea*. in notula enim quadam ad epistulam synodi Parisiensis anni 361 addita ipse haec scribit[1] in editione Conciliorum Galliae: *Hanc* (sc. *synodicam*) *primus in lucem protulit Nic. Faber cum reliquis fragmentis Hilarii ex chartaceo, ut ipse praefatus est, libro non antiquo. nos etsi eorundem fragmentorum peruetus aliud exemplar nacti sumus in Bibliotheca Sancti Remigii Remensis, perpauca tamen in hac praesertim epistula suppeditauit, quae a Fabri editione discreparent.* Coustantius nos certiores reddit in illo libro Remensi eundem fuisse ordinem et easdem inscriptiones atque in cod. T; se quidem illud exemplar frustra quaesiuisse, sed Stephanum Baluzium uarias Sirmondi lectiones suppeditando iacturam hanc utcumque resarsisse. moneo tamen Sirmondi lectiones aliquoties caute in textu recensendo adhibendas esse et talis cautio praesertim tunc adhibenda est, cum uariantes illae in se speciem praebent lectionis a Sirmondo uel editoribus potius fictae quam e codice fideliter receptae. sic p. 45, 9 lectio *impietatem* (S) est coniectura procul dubio falsa pro *pietatem* (A); p. 99, 5 dicitur S legisse, sed potius Sirmondus coniectasse uidetur *praeuius numeratur*, ubi cum A scribendum est *praemiis muneratur*.

[1] *Concilia antiqua Galliae* I (1629), Notae ad tom. I p. 594.

Lectionibus uariis, quas Sirmondus collegerat ex cod. Remensi, usus est etiam Iohannes Harduinus S. I. in *Conciliorum Collectione regia maxima*, in qua repraesentat complura documenta ad *Collectanea* pertinentia atque ex editione Fabri desumpta. custos enim bibliothecae collegii Claromontani Harduinus opuscula Sirmondi manu scripta nondum edita, inter quae erat collectio illarum lectionum codicis S, conseruabat (Praef. XII). ut reliqua Sirmondi inedita, ita etiam has lectiones codicis S Harduinus memorat uerbis *ex ms.*, *in ms.*, *cum ms.* (u. g. p. 653. 671. 711. 715. 719. 727. 747), cum lectiones codicis Pithoeani (T) referat uerbis *Pithoeanus* (p. 663. 677), *ms. Pith.* (p. 684); saepius etiam nomen Sirmondi addit, u. g. *Sirmond* p. 681, *ms. Sirmondi* p. 719, *emendata a Sirmondo ex ms.* p. 745, *Sirmond. ex ms.* p. 683, (*fragmentis*) *recognitis a Sirmondo ex ms.* (p. 715) et plenius *cum emendationibus Sirmondi ex ms. Remensi* (p. 727). rationes, quae explicare uidentur, cur Harduinus in primo uolumine, quod in lucem prodiit a. 1715, ne uocabulo quidem editionem Maurinorum anni 1693 commemorauerit, attulimus in *Studien I* 14 sq. cum tamen editionem Maurinorum nouisse patere uidetur ex eo, quod coniecturae complures a Coustantio factae, quae non adeo in propatulo sunt, apud eum quoque inueniuntur, uelut 50, 3 *ac loquacitatis* pro *nec l.*, 50, 7 *in ipso calumniam faciens* pro *in ipsum c. f.*, 59, 5 sq. *qua — timebat nudari ab aliquo, quae palam*, 67, 17 *Marcelli haeresim* pro *M. haeretici*, 120, 6 sq. *ut cum praesentiam suam ostendissent, fugerent.*

Lectiones uarias codicis S, quas Coustantius nobis reliquit in sua editione, significauimus littera S^1, eas autem, quas Harduinus in *Conciliorum Collectione* tradidit, littera S^2. non paucas quidem lectiones codicis S in apparatu critico adnotauimus, omisimus autem in uniuersum eas, quae cum ipso textu recepto codicis A concordant; ne tamen, quod Sirmondi lectiones a Coustantio et Harduino traditas in nostra editione neglexerimus, reprehendamur, lectiones illae in apparatu critico omissae hic recenseantur omnes:

48, 15 *euthicio* S^2, 52, 25 *imitantia* S^2, 56, 2 *fingebat* S^1 S^2, 56, 10 *exinde* S^2, 56, 15—17 *fidem pro se dicentes, habere numquam deberent. sed et iudices, qui illum digne* (*digne* om. S^1) *sententiauerunt, credere noluerunt* S^1 S^2, 56, 17 *ideo* S^2, 58, 2 *Ossius* S^2 (et ita semper), 59, 18 *receperunt* S^2, 59, 21 *incurrunt* S^2, 60, 10 *elegistis* S^2, 61, 19 *thessalonicensi* S^1 S^2, 62, 22 *per* S^2, 62, 27 *nihil damnabile* S^2, 63, 7 *iterum* S^2, 64, 4 *discincti* S^2, 64, 7 *iuuenescunt* S^1 S^2, 75, 12 *eusebius* S^2, 78, 2 *beroe* S^2, 78, 15 *iubente deo* S^1, 80, 4 *expugnatae* S^1, 81, 3 *mutilare* S^1, 83, 11 *ali-*

quid S^1, 86, 2 *arthemius* S^1 *artemius* S^2, 88, 10 *deuotas aures* S^1 S^2, 88, 16 *coepiscopos* S^1 S^2, 94, 9 *longius* S^1 S^2, 101, 1 *reatus* S^1, 102, 15 *et quibus in eum, qui adsensus his non est*, 116, 5 *illum esse* S^1 S^2, 122, 2 *incendia* S^1, 124, 2 *sunt* S^1, 127, 2 *blasphemiorum* S^2, 130, 3 *et quae* S^1, 138, 7 *protasius* S^1, 140, 7 *adde originem* S^1, 140, 20 *constitutum* S^1, 142, 8 *primae propositioni* S^1, 147, 6 *tantum* S^1, 149, 12 *sui ex nihilo* S^1, 153, 4 *cum* S^1, 155, 19 *dedi* S^1, 157, 12 *latebrosum* S^1, 158, 7 *olim fidei* S^2, 158, 18 *esse* S^1 S^2, 159, 11 *a dominis nostris fratribus et coepiscopis nostris* S^1 S^2, 159, 13 *iactitat* S^1 S^2, 161, 22 *quos* S^2, 162, 8 *suae* S^2, 162, 27 *auerterunt* S^2, 163, 16 *mea paruitate* S^1 S^2, 163, 18 *electum* S^2, 164, 6 *fallacis* S^2, 174, 21 *praedicentur* S^1; adde ut lectionem dubiam 76, 4 *ischyrius* S^2.

3. Cod. Pithoeanus (= T), chartaceus, saec. XV, deperditus. Nicolaus Faber in praefatione editionis suae p. 25 describit codicem ut *exemplar — in chartà manu gallica nec latinam linguam satis percipiente, confusis dictionibus scriptum, quod praeterea etiam librorum Cassiani de incarnatione Christi epitomem eadem manu scriptam contineret* et addit Petrum Pithoeum Lutetiae anno 1590 illum librum repperisse et editionem ipsam fragmentorum sustinuisse, quia spem concepisset se antiquum exemplar, unde recens illud exscriptum fuisset, aliunde recuperare posse. bibliothecam autem, ex qua Pithoeus librum eruïsset, Faber se indicaturum fuisse profitetur, nisi uiris, qui delitescentis huius in bibliothecis suis thesauri dignitatem non agnouissent uel agnitam non sine publica iactura tam diu continuissent, ruborem suffundere ueritus esset. codicem T ad monasterium S. Uictoris Parisiense pertinuisse haud improbatum ducimus; cf. *Studien I* 16. eundem librum accepit Coustantius, cum suam editionem pararet, a uiro iuris docto Francisco Desmarets (Desmarès), qui eius possessionem hereditate nactus erat. postea codex periit (cf. *Studien I* 15 sq.), sed eius iactura non multum dolenda est; nam eum ex cod. A descriptum esse iam supra exposuimus. quamobrem eius lectiones uarias raro, scilicet quando correctiones uel coniecturas haud spernendas praebet, attulimus.

4. Cod. Parisinus latinus 1700 (olim Colbert. 2568. Reg. 3982.3.3) (= C), chartaceus, saec. XVI. de hoc codice scribit Stephanus Baluzius, praepositus bibliothecae Colbertinae (1667—1683): *Hoc est ipsummet exemplar, ex quo prodiit editio Nicolai Fabri anno MDXCVIII, ab eodem Fabro repositum in bibliotheca Thuana, ex qua translatum est in Colbertinam anno Xi. MDCLXXX die XXIII Martii. Steph. Baluzius — Emendationes in margine appositae sunt Nicolai Fabri eius manu scriptae.* anno 1683 cod. C cum aliis Colbertinae bibliothecae libris bibliothecae regiae adiunctus est. praeter

Collectanea, quae p. 1—131 occupant et quae exscripta sunt ex T (cf. supra n. 3), liber continet undecim alia opera, inter quae Marcellini et Faustini libellus precum, Rescripta Honorii et Theodosii, Concilium septimum oecumenicum memoratu magis digna sunt. Coustantius, qui in componenda editione etiam cod. C inspexit, hunc et *codicem Colbertinum* et *Apographon*, *quo usus est Nicolaus Faber*, appellauit (c. 1402). nos lectiones codicis C negleximus exceptis correctionibus aut coniecturis alicuius momenti siue ab ipso scriba siue a Fabro adiectis. coniecturas autem et emendationes, quas scriba ipse postea addidit, notamus siglo *Cm1*, eas uero, quas Faber apposuit, siglo *Cm2*.

3. Inter documenta *Collectaneorum* sunt nonnulla, quae etiam extra totam collectionem seorsim tradita sunt et quidem maxima ex parte in collectionibus canonum; sunt autem haec: Series A IV 2. V 1. VII. IX 1. 3; Series B II 1—4. 6. 8. 10. VII 1—6. 8—11. quoniam ad commodiorem usum lectorum in nostra editione etiam illos textus parallelos, qui quam maxime inseruiunt ad textum *Collectaneorum* accuratius emendandum et melius intellegendum, repraesentauimus, hoc loco illorum textuum testes manu scriptos breuiter enumeremus atque recenseamus necesse est. integros autem textus tantum eos dedimus, qui multum discrepant a textu *Collectaneorum*. textus graecos parallelos uulgauimus secundum Athanasium[1], qui ipse documentis tempore erat proximus, additis ceterorum editorum graecorum lectionibus uariis.

[1] Athanasii libri manu scripti, quos adhibuimus, sunt duo hi: 1. Cod. Parisinus graecus 474 (Reg. 2284) (= p), fol. 457, saec. XI (Opera S. Athanasii). ut patet ex nota aliqua in f. 458 adiecta, pertinebat liber olim ad S. Sophiam Constantinopolitanam, cum anno fere 1204 per monachum quendam in monasterium oppidi Kyrici (= Kyrissos) delatus est. unde postea in coenobium S. Dionysii montis Athonis peruenit et hinc tandem in bibliothecam Colbertinam Parisinam. — 2. Cod. Basileensis Bibl. Uniuersitatis A. III. 4 graecus (= s), chartaceus, VI + 607, saec. XIV (Opera Athanasii, Cyrilli, Ioh. Damasceni, Theodoreti). uidetur prius pertinuisse ad monasterium Athanasii in monte Athonis situm. postea uenit in manus cardinalis Iohannis de Raguse († 1443), qui reliquit eum bibliothecae fratrum praedicatorum Basileensi. — de his et aliis codicibus operum Athanasii cf. Fr. Wallis, *Notes and Studies of some Mss of the writings of St. Athanasius* (*The Journal of Theol. Studies* III [1902] 97 sqq. 245 sqq.); K. Lake, *Some further Notes on the Mss of the writings of St. Athanasius* (ib. V [1904] 108—110); *Studien III* 109 sq.

Nunc igitur dicendum est de singulis illis documentis separatim traditis et de codicibus, qui ea continent.

1. Symbolum synodi Sardicensis Orientalium una cum albo prouinciarum, ex quibus episcopi conuenerant = Ser. A IV 2.

a) Latine tradita sunt symbolum et album apud Hilarium de syn. 34. in enumeratione autem prouinciarum exhibet *Liber de synodis* quinque prouincias, quae in recensione codicis A desiderantur, scilicet Aegyptum, Mysiam, Pannonias duas, Phrygiam alteram, cum contra Isauria desit. in *Libro de synodis* similiter desunt symboli articuli de ecclesia, de remissione peccatorum, de carnis resurrectione. quae differentiae aeque atque discrimen stili facile expli cantur ex diuersitate archetyporum graecorum. nam aliud sine dubio exemplar adhibuit Hilarius symbolum in *Collectaneis* traditum e graeco uertens ante aestatem anni 356 in Gallia, aliud librum de synodis scribens exsul in Oriente.

b) Uersionem latinam alteram symboli et albi prouinciarum continet collectio canonum, quae dicitur Theodosii diaconi, codicis Ueronensis LX (58) saec. VII (= W) in f. 79r. uberiora de hoc codice u. infra p. XL. etiam in W desunt articuli de ecclesia, de remissione peccatorum et carnis resurrectione. ceteroquin habet W maximam affinitatem cum textu syriaco (u. n. *d*), ita ut concludere liceat utrumque textum profluxisse ex eodem textu graeco.

c) Cum symbolum Sardicense Orientalium paucis anathematibus additis repraesentet formulam fidei Antiochenam anni 341, quae dicitur quarta, textu graeco huius symboli Antiocheni IV uti possumus apud Athanasium de syn. 25, Socratem hist. eccl. II 18, Nicephorum Callistum hist. eccl. IX 10. formula autem synodi Antiochenae anni 344, quae dicitur *ἔκθεσις μακρόστιχος*, resumpsit symbolum Sardicense Orientalium.

d) Uersio denique syriaca symboli et albi prouinciarum inuenitur in cod. Parisino syriaco 62 saec. IX.[1] hunc textum syriacum symboli, qui continet in fine quaedam additamenta, in lucem edidit Schulthess p. 167 sq. dedimus nos uersionem graecam ad uerbum factam secundum textum syriacum.

[1] Cf. H. Zotenberg, *Catalogue des Mss syriaques et sabéens de la Bibliothèque Nationale* (1874) 22 sqq.; F. Schulthess, *Die syrischen Kanones der Synoden von Nicäa bis Chalcedon* (*Abhandlungen der K. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Phil.-hist. Kl. N. F.* X [1908] VI sq.).

2. Epistula synodi Ariminensis ad imperatorem Constantium = Ser. A V 1.

Graece tradunt has litteras Athanasius de syn. 10 (= cod. p f. 343r—345r, cod. s f. 426v—427v), Socrates hist. eccl. II 37, Sozomenus hist. eccl. IV 18, Theodoretus hist. eccl. II 19, Nicephorus Callistus hist. eccl. IX 40. epistulam primitus sermone latino scriptam fuisse testatur Socrates l. c.; quare epistula in *Collectaneis* tradita ut originaria habenda est.

3. Epistula Liberii ad Constantium = Series A VII.

Epistula haec inuenitur etiam in appendice operum Luciferi Calaritani, quae tradita sunt codice Uaticano Reg. 133 (= U) in Gallia scripto saec. IX et codice Parisino S. Genouefae 1351 (= G) saec. XV, qui fugit Guilelmum Hartel, cum pararet editionem operum Luciferi. epistula traditur in cod. U f. 164v—166v, quorum tabulas photographicas suppeditauit Franciscus Ehrle S. I., et in cod. G f. 141 sq., quae contulit Iulius Lebreton.

4. Definitio Ariminensis episcoporum homousianorum = Ser. A IX 1.

Uersionem latinam definitionis a nostra diuersam tradit cod. Bodleianus e Museo 101 (olim Floriacensis), (= J) saec. VI in ultimo folio i. e. f. 62v. qui liber continet collectionem conciliorum et canonum, quam dicit Fr. Maassen 'collectionem (Christoph.) Iustelli', in cuius possessione codex olim fuit. definitionem contulit H. M. Bannister.

5. Damnatio haereticorum = Ser. A IX 3.

Graece tradita est damnatio ab Athanasio de syn. 11 et quidem in cod. p f. 345v, in cod. s f. 428r.

6. Epistula synodi Sardicensis Occidentalium ad uniuersas ecclesias = Ser. B II 1.

a) Recensionem latinam praebet cod. Ueronensis LX (58) saec. VII (= W)[1] f. 81r—86r. collectionem autem canonum in W nobis seruatam appellant Theodosii diaconi, quod inuenitur f. 126v subscriptio a manu diaconi cuiusdam Theodosii addita: *Hec de mendosis exemplaribus transtuli tandem et quedam quidem qua**** (*quamuis* Ball.) *non ut uolui*[*t*] *tamen potui recorrexi*[*t*] *quedam autem tacito pretermisi rē̄* (= *rem in* uel *reuerendi* Reiff.) *dn̄i arbitrio*

[1] De codice cf. Ballerini, *Leonis Magni Opera* III, P. II c. IX; A. Reifferscheid, *Bibl. patr. lat. ital.* I 35 sqq.; alios auctores u. *Studien I* 21.

derelinquens qui legis ore (leg. *ora*) *pro me peccatore sit* (*si* Reifl.) *dm abeas redemptorē* ⟨*hum*⟩*ilimus omnium dia*⟨*conorum*⟩ *theodosius indignu*⟨*s dia*⟩*conus fecit.* quibus ex uerbis colligitur quidem Theodosium diaconum singula monumenta, quae nunc collectionem documentorum et canonum codice W traditorum efficiunt, suo quodque ex exemplari transcripta in unum redegisse corpus, minime autem probant eum documenta in codicem W recepta ipsum e sermone graeco in latinum uertisse. neque id affirmare potuit Theodosius. nam inseruit collectioni suae non solum documenta, quorum exemplaria originaria sermone latino scripta erant, ut acta quaedam conciliorum in Africa habitorum, sed etiam alia monumenta, quae desumpsit e uersionibus latinis uetustioribus. ita transtulit uel potius transcripsit acta complura conciliorum graecorum e uersione Isidoriana, canones apostolorum et canones Antiochenos ex interpretatione Dionysii Exigui; alia denique documenta, inter quae acta Sardicensia erant, deprompsisse uidetur ex interpretatione quadam latina, quae collectionem documentorum graecam Alexandriae circa annum 385 ortam — forte Synodicon Ps.-Athanasii[1] — repraesentabat. ceterum Theodosium linguae graecae omnino ignarum fuisse putant fratres Ballerini[2], qui addunt eum latinae quoque linguae imperitissimum ex ipsius adnotatione cognosci. quod peculiariter ad litteras Sardicenses attinet, harum uersionis latinae Theodosium diaconum auctorem non esse etiam eo apparet, quod illae litterae continent complura menda scripturae, quae librarium exscribentem, non translatorem nouam interpretationem comparantem certo indicant; legitur u. g. in W 104, 14 *religioso sola* pro *religio sola*, 105, 14 *apa* pro *asclepa*, 106, 9 *theo* pro *theogene*, 107, 10 *mendacium* pro *mendaciis*, 110, 13 *potauerant* pro *portauerunt*, 113, 16 *uersatio* pro *uersutia*, 114, 15 *facta* pro *ficta*, 114, 16 *macaris* pro *macario*, 116, 13 *iussisse* pro *ussisse*, 117, 12 *necesse* pro *nec esset*, 118, 18 *credidisse* pro *credi ista* uel *credi in se*, 119, 13 *presbyterarum* pro *presbyteratum*, 121, 17 *inocultas* pro *inultas*, 124, 13 *hac et qualitate* pro *ac de aequalitate*.

His igitur consideratis optimum duximus orthographiam ipsius codicis quidem sequi, quantum fieri posset, sed tamen ea grauiora menda orthographica corrigere, quae abhorrent a primario translatore erudito utpote sermonem et graecum et latinum callente.

[1] Cf. Batiffol, *Le Synodikon de S. Athanase* (*Byzantinische Zeitschrift* X [1901] 128 sqq.). [2] l. c. p. CXXVIII; cf. Maassen l. c. 550.

ad usum autem eorum, qui orthographica omnia codicis W nouisse desiderant, addimus hic eorum breuem conspectum.

Saepius ponitur in W male *e* pro *ae*, praecipue in formis primae declinationis, u. g. *alexandrie, ancyre, apostolice, asie, catholice, ecclesie, galatie, gaze, malitie, precipue, que, sue, celos, hec, prebuerunt, predictos, present-, quest-, sepius*; retinuimus tamen *e* scriptam pro *αι* graeca, u. g. *heres-* 105, 16. 122, 14 (sed *haeresim* 111, 20), *cessariae* 119, 17 (sed *caessareae* 123, 12, *caesarea* 118, 14), *palestin-* 103, 10. 121, 11 (sed *palaestina* 119, 17). *h* male omittitur in *adibentes, adortantibus, eresim*. *i* scribitur pro *η* graeca aliquoties in *minophantus* 106, 10. 119, 17. 123, 14, *catichumen-* 115, 13. 14 (sed *catechumeni* 115, 17); quas formas recepimus in textum. *s* geminatur falso in *depossitos, excussantes, possuerunt, expossuerunt*, retinuimus tamen *s* geminatam in *cessariae* 119, 17 et *caessareae* 123, 12. pariter accepimus formas has: *adque, aliut, aput, acatium* (Ἀκάκιον), *condam, epistolas, mulctationes, temptauerunt* (non autem 112, 12 *uolumptatis*). itemque immutatas retinuimus in uerbis compositis assimilationes uel dissimilationes.

Ea autem, quae in W minus recte uel etiam falso translata inueniuntur, translatori, non scribae codicis W imputanda esse patet. quare textum ipsum, qualis codice W traditur, sine ulla mutatione repraesentare satis habuimus correctis tantum mendis librarii et adiectis in apparatu critico notis quibusdam, quibus translatoris errores, si ex re uisum esset, explicarentur. uersio autem epistulae Sardicensis fere ad uerbum facta est secundum exemplar recensionis Theodoreti, non Athanasii; cf. 109, 12 *ibi* W ἐκεῖ Theod (B G F) *illi* A ἐκεῖνοι Athan — 110, 15 *surrexit* W ἀνέστη Theod *decessit* A ἀπέθανεν Athan — 117, 13 *produxerunt* W προήγαγον Theod *adduxerunt* A ἤγαγον Athan — 124, 13 *separantes enim filium a substantia patris ac de aequalitate* W τοὺς γὰρ χωρίζοντας τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας καὶ θεότητος Theod *separantes enim filium* A τοὺς γὰρ χωρίζοντας τὸν υἱόν Athan — 125, 14 *consentire et pronuntiare* W συναινέσαι καὶ ψηφίσασθαι Theod *confirmare* A συνεπιψηφίσασθαι Athan etc. — album prouinciarum (p. 103) inuenitur in W et apud Theod, desideratur in A et apud Athan — 105, 14 additur nomen *Asclepae* episcopi in W et apud Theod, cum desit in A et apud Athan — 106, 11 sq. adiungitur in W et apud Theod episcopis *Athanasio, Marcello, Asclepae* nomen sedis episcopalis, quod omittitur in A et apud Athan; cf. 123, 11 sqq. — manus correctrix, quam in apparatu diximus *m2* et quae in W complura emendauit uel addidit, pertinet ad saec. XII. contulit epistulam Antonius Spagnolo, praepositus bibliothecae Ueronensis.

b) G r a e c e tradita est epistula ab Athanasio apol. c. Arianos

44—49 (in cod. p f. 241ᵛ—246ᵛ et in cod. s f. 376ʳ—379ᵛ) et a Theodoreto hist. eccl. II 8. in editione nostra repraesentauimus textum Athanasii cum lectionibus uariantibus Theodoreti. textus Athanasii et Theodoreti aliquoties inter se differunt; uterque autem haud paucis locis discrepat a textu latino codicis A. unde in restituendo textu codicis A caute procedendum est, ne nimis corrigatur secundum textum graecum uel textum latinum codicis W, qui e graeco translatus est secundum Theodoretum. rem nonnullis exemplis illustrare liceat: 104, 8 legit A: *(ut) pietas sola, quae est in Christo hominibus, custodiretur*; Cm2 et Coustantius mutarunt *hominibus, custodiretur* in *ab omnibus custodiretur*, cum textus graecus habeat *(ἵνα) ἡ εἰς Χριστὸν εὐσέβεια μόνη παρὰ πάντων φυλάττηται* (cf. W *ut — in Christo religio sola apud omnes seruetur*). — 114, 9 legitur in A: *testificati sunt, qui praesentes fuerunt ex Alexandria de eodem loco, eo quod nihil tale esset factum*; Coustantius posuit *et Mareote et aliis locis* pro *de eodem loco*, cum Theodoretus legat: *ἐμαρτύρησαν μὲν αὐτοῖς οἱ παραγενόμενοι ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Μαρεώτου καὶ τῶν λοιπῶν τόπων, ὅτι μηδὲν τούτων πέπρακται* (*qui de Alexandriae et Mareotae locis ipsis uenerunt* W). — cf. porro 107, 5 *licet etiam* A cum *tamen ex his* W (*ὅμως καὶ*) et 124, 9 *apostoli cuius est praeceptum* cum *apostolica etenim est praeceptio* W (*ἀποστολικὸν γάρ ἐστι παράγγελμα* Theod).

Quodsi quaeritur, quo sermone ipsi patres synodi Sardicensis suam epistulam scripserint, non facile est responsum. fratres Ballerini in editione Leonis Magni III p. XXXI optime demonstrarunt synodum canones duplici originali exemplo redegisse, graeco nimirum pro patribus graecis et pro latinis episcopis latino; cui opinioni assentitur etiam Carolus Hefele[1]. idem dicendum esse opinamur de eiusdem concilii synodica ad uniuersas ecclesias missa. nusquam enim in textu latino inueniuntur signa uel uestigia translationis, immo is textus plane speciem praebet exemplaris originalis.

7. Epistula synodi Sardicensis Occidentalium ad Iulium papam = Ser. B II 2.

Latine tradita est epistula haec nonnullis etiam collectionibus canonum, quas aptissime in classes uarias disposuit Fr. Maassen[2]. codices, quibus in textu recensendo usi sumus, sunt hi:

a) Collectio Sanblasiana (= *Π*):

[1] *Conciliengeschichte* I² 556 sq. [2] *Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts* I (1870) 64.

α) Cod. Sanblasianus S. Pauli Carinthiae XXV a/7 (= B[1]), fol. 154, saec. VII, scriptus in Gallia characteribus uncialibus. continet collectionem conciliorum quandam ortam in Italia et affinem ei, quae dicitur collectio codicis Uaticani. pertinebat liber olim ad monasterium Augiae maioris, ut elucet ex subscriptione in f. 9 adiecta: *lib' moñ augie maioris*. traditur epistula f. 141ᵛ—143ʳ. contuli ipse.

β) Cod. Parisinus 3836 (Colb. 784) (= B[2]), fol. 104, saec. VIII. epistulam, quae habetur f. 91ᵛ—93ʳ, contuli ipse.

γ) Cod. Coloniensis CCXIII App. V (Darmst. 2336) (= B[3]), fol. 143, s. VIII (s. VII Wattenbach), scriptus litteris hibernicis. epistulam traditam f. 141ʳ—143ʳ contuli ipse.

δ) Cod. Lucanus 490 (ol. 89) (= B[4]) saec. VIII, scriptus magna ex parte litteris uncialibus. inuenitur epistula f. 267ʳ sqq. contulit canonicus Petrus Guidi, praesul bibliothecae Lucanae.

In codice Parisino 4279 (Colb. 2489) (= B[5]) saec. IX epistula ipsa desideratur, subscriptiones seruatae sunt (cf. infra p. XLVI).

b) Collectio codicis Diessen:

Cod. Monacensis lat. 5508 (Diessen 8) (= M), fol. 213, saec. IX. epistula, quae habetur f. 125ᵛ—126ᵛ, descripta est ex exemplari aliquo collectionis Sanblasianae eiusque textus maxime affinis est ei, qui continetur in cod. B[1]. contuli ipse.

c) Collectio Hadriana Aucta:

Cod. Monacensis 14008 (Ratisb. S. Emmer. A 8) (= H[1]), fol. 259, saec. IX/X. epistula traditur f. 167ᵛ—168ᵛ. contuli ipse.

Ceteri libri, qui continent hanc collectionem, sc. cod. Uallicellianus A. 5 saec. IX/X, cod. Uercellensis LXXVI saec. X, cod. Uaticanus 1353 saec. XII, solam inscriptionem epistulae referunt.

d) Collectio Dionysiana Aucta:


Cod. Uaticanus 5845 (= F), fol. 327, saec. X, scriptus litteris beneuentanis exornatis ornamentis francicis. quaedam manus saec. XI uariis locis correcturas fecit. contuli secundum tabulas photographicas.

e) Collectio codicis S. Mauri:

Cod. Parisinus 1451 (= N), fol. 107, saec. VIII. epistula traditur f. 38ʳ—39ʳ. contuli ipse.

Ex his collectionibus Sanblasiana orta est saec. VI in Italia, collectio cod. S. Mauri in Gallia eodem saeculo, collectio Dionysiana Aucta in Italia saec. VI, collectio cod. Diessen saec. VII in Italia (?),

collectio Hadriana Aucta in Italia saec. IX. textus autem epistulae Sardicensis, qui in his uariis collectionibus traditus est, redit ad unum idemque exemplar *Collectaneorum*, quod quidem paucis differebat ab archetypo codicis A et iam ipsum continebat menda illarum collectionum. ex ipsis codicibus enumeratis M ualde similis est B¹, H¹ paucis discrepat a *Π* et M, sed compluribus conuenit cum N et praesertim cum F. consideratis iis, quae uberius de affinitate librorum in *Studien III* 105 disseruimus, hoc stemma delineari posse putamus:



De codice, quo usus est Baronius ad a. 347 n. XXII ad recensendam epistulam Sardicensem, cf. *Studien I* 25 sq.

8. N o m i n a h a e r e t i c o r u m = Ser. B II 3.

Tradita sunt nomina iisdem codicibus collectionum canonum, quae continent epistulam Sardicensem ad Iulium missam. etiam Sozomenus hist. eccl. III 12 enumerat quidem nomina, sed uidetur ea desumpsisse ex epistula synodica generali (cf. Athan. apol. c. Arian. 48, infra p. 119, 22 sqq.).

9. S u b s c r i p t i o n e s s y n o d i S a r d i c e n s i s O c c i d e n t a l i u m = Ser. B II 4.

Hae subscriptiones continentur iis collectionibus conciliorum,

quae canonum Sardicensium eam recensionem, quam dicit Fr. Maassen quartam[1], tradunt. sunt autem collectiones hae: Sanblasiana, cod. Uaticani, cod. Iustelli, cod. Parisini, cod. Diessen. nomina inserta sunt etiam in exemplaribus non paucis collectionis, quae uocatur Hadriana. supra iam uidimus in nonnullis illarum collectionum inesse etiam epistulam synodi ad Iulium Romae episcopum directam; sed in iis nomina episcoporum non sequuntur, ut in *Collectaneis*, ipsam hanc epistulam ad Iulium missam, sed canones, qui finiuntur uerbis: *omnis synodus dixit: uniuersa, quae constituta sunt, catholica ecclesia in uniuerso orbe diffusa custodiet.*

Ad textum recensendum collati sunt codices hi (cf. p. XLIII):

a) Collectio Sanblasiana (= Π) in codicibus B^1 (f. 64^r—65^r), B^2 (f. 42^r—43^r), B^3 (f. 69^r—69^v), B^5 (qui subscriptiones solas sine epistula continet f. 68^r—69^v). in B^4 nomina tradita non sunt.

b) Collectio codicis Uaticani (= Φ):

α) Cod. Barberinianus 679 (XIV 52, ol. 2888) (= V^1), fol. 298, saec. IX/X, scriptus ex parte litteris uncialibus. f. 75^v—76^v.

β) Cod. Uaticanus 1342 (= V^2), fol. 213, saec. IX/X, scriptus litteris uncialibus. f. 62^v—63^r.

c) Collectio codicis Iustelli:

Cod. Bodleianus e Museo 101 (= J) saec. VII. f. 27^v—28^v.

d) Collectio codicis Diessen:

Cod. Monacensis 5508 (= M) saec. IX. f. 15^r—15^v.

e) Collectio codicis Parisini:

Cod. Parisinus 3858 C (Colb. 1108) (= P), fol. 87, saec. XIII. P tradit nomina episcoporum ex parte tantum f. 59^v, sed omittit plerumque nomen prouinciae et mutauit saepius formas nominum sedium episcopalium.

f) Coll. Dionysio-Hadriana (= Δ):

α) Cod. Parisinus 8921 (suppl. lat. 331) (= D^1), fol. 140, saec. VIII. f. 34^v—35^v.

β) Cod. Parisinus 11710 (Sangerm. 367) (= D^2) saec. IX. f. 53^v—54^r.

γ) Cod. Parisinus 3840 (Faurianus) (= D^3), fol. 152, saec. IX. f. 45^v—46^r.

δ) Cod. Parisinus 11711 (Sangerm. 365) (= D^4) saec. IX. f. 34^r—34^v.

1 *Geschichte der Quellen* etc. I 52.

ε) Cod. Monacensis 6355 (Fris. 155) (= D^5), fol. 270, saec. IX/X. f. 77^v—78^v.

ζ) Cod. Monacensis 6242 (Fris. 42) (= D^6), fol. 291 + 20, saec. X. f. 90^r—91^r.

η) Cod. Monacensis 5258 (Chiems. 8) (= D^7), fol. 166, saec. X. f. 79^v—80^v.

ϑ) Cod. Lucanus 125 (= D^8) saec. X. f. 52^r—52^r[1].

g) Coll. Hadriana Aucta:

α) Cod. Monacensis 14008 (= H^1) saec. IX/X. f. 58^r—58^v.

β) Cod. Uallicellianus A 5 (= H^2), fol. 339, saec. IX/X. f. 81^r—81^v.

γ) Cod. Uercellensis LXXVI (= H^3) saec. X. f. 63^v—64^r.

δ) Cod. Uaticanus 1353 (= H^4), chartaceus, saec. XV. f. 62^v—63^r. cod. H^4 descriptus est ex codice uetusto archiui cathedralis Bergamensis a. 1461 (cf. *Studien I* 30).

h) Collectio Dionysiana Aucta:

Cod. Ambrosianus S. 33 sup. (= R), fol. 322, saec. X—XII. initium tabellae subscriptionum traditur f. 52 (saec. X).

Ex his codicibus inspexi ipse B^1—B^4 M P D^1—D^7 H^1, contuli secundum tabulas photographicas V^1 V^2 H^2 H^4. J contulit C. Walker, D^8 Petrus Guidi, praefectus bibliothecae Lucanae, H^3 Romualdus Pasté, Uercellensis bibliothecae praesul alter, R Georgius Fell S. I.

Nomina episcoporum illis collectionibus canonum tradita sunt deprompta ex aliquo exemplari *Collectaneorum* et quidem ea forma et eo ordine, quem exhibent familiae *Π*MJ*Φ* (= α); nam hae tradunt nomina eodem fere ordine atque cod. A et in nominum formis minus discrepant a cod. A quam reliquae familiae *Δ*HR (= β) et P. P non enumerat nisi 16 nomina et addit: *et ceṭi nūo q̄draginta quinque*, ita ut in archetypo huius quoque codicis P 61 nomina, inter quae procul dubio etiam *Deas a Poſoebus* commemorabatur, exstitisse uideantur (cf. p. XLVIII). R autem tria tantum nomina praebet additis uerbis, quae pariter in ceteris libris canonum inueniuntur: *et subscripserunt oẽs ep̄i diuersarum prouinciarum uel ciuitaṭum*. causa autem mutationis ordinis in β factae est haec: in archetypo *Collectaneorum*, ad quem redeunt et A et omnes codices canonum, nomina tradita erant scriptura continua, quem ordinem secutus est etiam libra-

[1] Nomina, prout habentur in cod. Petropolitano F. V. II N. 12 (ol. Sangerman. 937) saec. IX f. 71^v sqq., edidit nuper A. Staerk, *Les manuscrits latins conservés à la bibl. impér. de S. Petersbourg* I (1910) 64 sq.

rius codicis A et scriba exemplaris collectionis canonum, ex quo ortae sunt familiae *Π*MJ*Φ*. scriba autem exemplaris, ad quod familiae librorum canonum alterius generis i. e. *Δ* et H redeunt — quod exemplar ex sua parte ortum ducit ab aliquo exemplari typi *α* — mutauit seriem nominum eo, quod nomina scriptura continua tradita in duobus ordinibus posuit, ita ut primum episcopum sequeretur episcopus n. 32 memoratus, sicut melius patebit ex tabella infra adiuncta. in qua tabella ordinem codicis A signauimus numeris ordinariis, ordinem familiarum *Π*MJ*Φ* numeris uncis rotundis inclusis, denique ordinem familiarum *Δ*H numeris circumsaeptis uncis angulatis.


1 (1) [1]	2 (2) [32]	33 (34) [18]	34 (35) [48]
3 (6) [2]	4 (7) [34]	35 (36) [19]	36 (37) [49]
5 (8) [5]	6 (9) [35]	37 (38) [20]	38 (39) [50]
7 (10) [6]	8 (11) [36]	39 (40) [21]	40 (41) [51]
9 (12) [7]	10 (13) [37]	41 (42) [22]	42 (43) [52]
11 (14) [8]	12 (15) [38]	43 (44) [23]	44 (45) [53]
13 (16) [9]	14 (3) [2]	(46) [24]	
15 (4) [3]	16 (17) [39]	45 (5) [33]	46 (47) [54]
17 (18) [10]	18 (19) [40]	47 (48) [25]	48 (49) [55]
19 (20) [11]	20 (21) [41]	49 (50) [26]	50 (51) [56]
21 (22) [12]	22 (23) [42]	51 (52) [27]	52 (53) [57]
23 (24) [13]	24 (25) [43]	53 (54) [28]	54 (55) [58]
25 (26) [14]	26 (27) [44]	55 (56) [29]	56 (57) [59]
27 (28) [15]	28 (29) [45]	57 (58) [30]	58 (59) [60]
29 (30) [16]	30 (31) [46]	59 (60) [31]	60 (61) [61]
31 (32) [17]	32 (33) [47]		

Duae aliae discrepantiae inter cod. A et libros canonum exortae consistunt in eo, quod primus redactor collectionum canonum, qui album subscriptionum ex aliquo exemplari *Collectaneorum* sumpsit, episcopos *Uincentium* Capuae, *Ianuarium* Beneuenti, *Calepodium* Campaniae, qui in cod. A sub n. 14. 15. 45 habentur, statim post *Osium* Cordobensem et *Annianum* Castalonensem enumerauit eisque titulum *legatorum sanctae ecclesiae Romanae* dedit et quod nomen episcopi, qui in cod. A dicitur *cocras ab acaia de asapofoebus* (n. 43), in duo diuersa nomina episcoporum diuisum est, scilicet in *Chocras ab Achaia* et *Deas a Pofoebus*. mutatio, quae in singulis libris canonum facta est ex transpositis nominibus *Uincentii*, *Ianuarii*, *Calepodii*, illustratur optime his numeris:

1 (1) [1]. . . . . 2 (2) [32]
14 (3) [2]. . .15 (4) [3] . . 45 (5) [33].

In locum autem numeri 45 (cod. A), qui in libris canonum initio albi subscriptionum positus erat, successit ille *Deas a Pofoebus* per errorem introductus i. e. n. (46) [24].

De singulorum codicum natura atque affinitate plura habes in *Studien II* 13 sq. id unum hic monemus nos nunc cod. V¹ (= V² in *Studien II*) ascribere saeculo VIII et ideo anteponere illum codicem codici V² (= V¹ in *Studien II*), qui pertinet ad saec. IX/X. ex iis, quae in *Studien II* 12 sqq. de affinitate codicum diximus, efficitur hoc stemma:



Multa episcoporum eorumque sedium nomina seruata sunt etiam in subscriptionibus, quae in cod. Ueronensi LX (58) (= W, cf. p. XL) duabus epistulis a synodo Sardicensi et ab Athanasio ad ecclesias Mareotae missis (n. XX f. 103ʳ et n. XXI f. 104ʳ—105ʳ) adiunctae sunt. nomina sunt ex parte quidem ualde corrupta, attamen non raro nobis suppeditant subsidia ad sananda menda ceterorum codicum; qua de causa nomina adiunximus tamquam testimonia textui editionis et quidem notauimus epistulam priorem siglo *W I*, epistulam alteram siglo *W II*. ceteroquin remitti-

mus lectorem ad *Studien II* 50 sqq., ubi nomina denuo edidimus atque de iis plura disputauimus. repraesentarunt illas litteras cum subscriptionibus Sc. Maffei (*Istoria teologica delle dottrine e delle opinioni corse ne' cinque primi secoli*, Trento [1742] 259 sqq.) et fratres Ballerini (*Leonis Magni Opera* III 608 sqq.). nomina subscriptionum meo rogatu denuo contulit Antonius Spagnolo.

G r a e c e tradita sunt nomina episcoporum, qui in synodo Sardicensi aut ipsi adfuerunt aut postea decretis subscriptione adhaeserunt, apud Athanasium apol. c. Arianos 50, qui nomina eorum, qui ipsi Sardicam uenerant, initio sui albi dat; quae nomina nos in *Studien II* 58 sq. secundum codd. p (f. 246^v) et s (f. 379^v) repraesentauimus. cum nomina graeca ad textum latinum recensendum saepius aliquantum conferant, ea tamquam testimonia eiusdem aetatis cum nominibus codicis W textui *Collectaneorum* subiunximus.

10 et 11. E p i s t u l a e U a l e n t i s e t U r s a c i i ad Iulium et Athanasium = Ser. B II 6. 8.

Utraque epistula latine scripta erat. Athanasius autem litteras in sermonem graecum transtulit secundum exemplaria sibi missa a Paulino episcopo Treuirorum (Athan. apol. c. Arian. 58, hist. Arianorum 26). inueniuntur epistulae apud Athan. apol. c. Arian. 58 (in cod. p f. 253^r—254^r, in cod. s f. 383^r—383^v), Sozom. hist. eccl. III 23 sq., Niceph. Call. hist. eccl. IX 27.

12. S y m b o l u m N i c a e n u m = Ser. B II 10.

De uariis formis symboli cf. *Studien I* 29 et 95 sq., ubi ostendimus textum *Collectaneorum* maxime concordare cum textu Luciferi Calaritani, *De non parcendis in deum delinquentibus* 18 (CSEL XIV 247 sq.). cum textus uetustiores traditi sint nimis multi, eos in nostra editione addere supersedimus, addentes tamen lectiones uariantes maioris momenti.

13. E p i s t u l a e L i b e r i i *Quamuis sub*, *Nolo te*, *Inter haec*[1], *Pro deifico*, *Quia scio*, *Non doceo* et textus narratiui = Ser. B VII 1—11.

Continentur hae litterae ex parte genuinae, ex parte dubiae duabus collectionibus canonum, quae dicuntur Dionysiana Aucta

[1] Aliqui uiri docti putarunt illas duas litteras ad Caecilianum et Osium missas, quarum tantum partes sub n. 4 et 6 traditae sunt, in ipso opere Hilariano integras exstitisse. sed recte monuit iam I. Chapman (*Rev. Bénéd.* XXVII [1910] 32) Hilarium ipsum ex illis epistulis non excerpsisse nisi ea, quae conferrent ad demonstrandum id, quod sibi proposuerat, scilicet Liberium ante suum exsilium omnibus conatibus aduersariorum firmiter restitisse.


et Hadriana Aucta (cf. supra p. XLIV). usi sumus ad textum restituendum his libris: F (f. 187^r—189^v), H^1 (f. 165^r—167^r), H^2 (f. 229^r—231^v), H^3 (f. 194^r—196^r), H^4 (f. 179^r—181^r). H^1 contuli ipse, codicum FH^2H^4 tabulae photographicae mihi praesto erant, H^3 contulit Aloisius Sincero, praefectus bibliothecae Uercellensis.

De horum codicum indole, affinitate, orthographia uberius exposuimus in *Studien III* 106 sqq. nonnulla ibidem de affinitate dicta hic repetere liceat, ut melius textus restitutus intellegatur. ex libris manu scriptis collectionis Hadrianae Auctae accuratius quam ceteri tradit textum cod. H^1, cui proxime accedit H^2. H^3 autem et H^4, qui eidem familiae ascribendi sunt, haud paucis differunt a codicibus H^1 et H^2; quae differentiae ad manum correctricem alicuius librarii referendae sunt. secundum exemplar aliquod huius familiae, ad quam pertinent H^3 et H^4, etiam cod. H^2 a manu prima et altera saec. X correctus est. mutationes arbitrariae maiores inueniuntur in H^3 H^4 et in cod. H^2 correcto hae: pro uerbis *amoto Athanasio a communione omnium nostrum, cuius nec epistolia a me suscipienda* (p. 168, 16—169, 1) scribitur *amoto Athanasio, super quo statuta omnium uestrum a me cum sede apostolica suscipienda*; pro uerbis *uniuersa in irritum deduxit scribens praeuaricatoribus* (p. 168, 1) legitur *uniuersa in irritum deduxit; nam tribulationum tedio fatigatus scribit praeuaricatoribus;* uerbis *qui in sanctum Athanasium orthodoxum episcopum iniuste tulere sententiam* (p. 168, 2) additur *ut exilio absolueretur et hereticae prauitati accomodaret assensum.* porro legunt H^2m2 H^3 H^4 167, 15 *delator existere* pro *delator*, 169, 12 *contradicens huic* pro *contradixi*, 169, 12 *hanc itaque* pro *itaque* etc.

Cod. F quidem ualde similis est codd. H^1 et H^2, sed correcturas nonnullas continet factas a manu saeculi XI, quae concordant cum lectionibus codicis S a Coustantio nobis traditis. quod factum explicari non posse uidetur, nisi quod Fm2 correcturas illas adiecit secundum exemplar *Collectaneorum* ualde affine codici S. correcturae autem sunt hae: 170, 16 *cognoscat itaque prudentia uestra Athanasium, qui Alexandrinae ecclesiae episcopus fuit,* (*a me esse damnatum* add. S^1 Fm2) *priusquam ad comitatum sancti imperatoris* (*secundum* eras. F, om. S^1) *litteras Orientalium* (add. *destinarem* S^1 Fm2) *episcoporum*; 171, 13 *imperatoris*] add. *fideli* S^1 Fm2; 171, 13 *eunuco*] add. *direxi* S^1 Fm2.

Textum librorum canonum textui codicis S magis similem esse quam textui codicis A ostendunt exempla haec: 165, 18 *cruentos*

gladios S¹FH *fructus gladio* A; 166, 16 *cecilianum* A *aelianum* S¹ *helianum* FH; 170, 9 *iunior* A *iuniores, quibus credidit* S¹FH. libros manu scriptos, quibus usus est Baronius ad textum epistularum Liberii recensendum (ad a. 353 n. XIX, ad a. 355 n. XXXV, ad a. 357 n. XLI) esse cod. Uaticanum 1353, cod. Uercellensem LXXVI, cod. Uallicellianum A. 5 demonstrauimus iam in *Studien I* 30—32. addimus stemma codicum, quo eorum affinitas melius cognoscatur.



4. Nunc de e d i t i o n i b u s *Collectaneorum* pauca adiciamus. editio princeps a Petro Pithoeo usque ad finem fere perducta in lucem prolata est anno 1598 cura Nicolai Fabri secundum cod. T et huius apographon C. titulus fuit: *B. Hilarii Pictauensis prouinciae Aquitaniae episcopi ex Opere Historico Fragmenta nunquam antea edita. Ex bibliotheca Pet. Pithoei I. C. Eiusdem Pet. Pithoei uita. Parisiis MDXCVIII.* haec autem editio eodem anno bis uulgata est: *Apud Ambrosium Drovart, sub scuto Solari uia Iacobaea. Cum priuilegio Regis* et: *Apud Robertum Niuelle, uia Iacobaea, ad insigne Columnarum. Cum priuilegio Regis.* quoniam autem *Summa priuilegii Regis* Ambrosio Drovart data est, editio apud eum uulgata uidetur esse originaria. ceterum textum ex eadem officina typographica prodiisse et tantum apud diuersos bibliopolas prostitisse putamus; in duabus enim illis editionibus textus plane est idem et paginae iisdem uocabulis uel uocabulorum partibus incipiunt et desinunt.

[1] Tertiam eiusdem anni editionem nuper commemorauit A. Iülicher (*Theologische Literaturzeitung* XXXIX [1914] 109): *Apud Adrianum Perier, uia Iacobaea, ex officina Plantiniana.*

inspeximus utramque editionem, priorem in bibliotheca uniuersitatis Bonnensis, alteram in bibliotheca Parisiensi et in bibliotheca uniuersitatis Monacensis[1]. textus editionis principis est multis locis corruptus, cum haud pauca menda codicibus tradita non correcta, alia ex mala lectione addita sint. textus editus a Fabro insertus est etiam editioni Hilarii operum, quam Iohannes Gillot altera uice Parisiis anno 1605 uulgauit (p. 398—460). denuo atque iterum idem textus prodiit in editionibus Gillotii, quae Coloniae Agrippinae anno 1617 (p. 126—144), Parisiis annis 1631 et 1652 (p. 429—490) in lucem prolatae sunt. textum primum uere purgatum atque emendatum edidit anno 1693 Petrus Coustant e congregatione S. Mauri in editione Operum S. Hilarii (col. 1279—1364), cui titulus: *S. Hilarii Pictauorum episcopi Opera ad manu scriptos codices gallicanos, romanos, belgicos necnon ad ueteres editiones castigata; aliquot aucta opusculis, praeuiis in locos difficiles disputationibus, praefationibus, admonitionibus, notis, noua S. Confessoris uita* etc. ad textum castigandum usus est Coustantius praeter cod. T et C cum lectionibus uariantibus codicis S a Sirmondo collectis tum ad complurium documentorum emendationem textibus, qui dicuntur paralleli, siue latinis siue graecis. textus a Coustantio emendatus transiit uel solus uel simul cum notis etiam in editiones posterioris aetatis. qua de causa hae editiones a nobis plane neglegi possunt. sunt autem hae: editio Ueronensis anno 1730 a Scipione Maffei parata (uol. II p. 617—710), editio Ueneta anno 1749 sq. apud Iacobum Capellati secundum editionem Ueronensem adornata (uol. II 483—544) et editio Wirceburgensis, quae cura Francisci Oberthür a. 1785 prodiit (tom. II 44—133). Patrologia Mignii deprompsit textum ex editione Ueronensi.

Editiones, quae documenta atque acta, quae extra nostram collectionem uel apud alios ueteres scriptores ecclesiasticos uel in uariis collectionibus canonum tradita sunt, continent, omnes fere commemorauimus in *Studien I* 33—36 et magna ex parte etiam in hac ipsa editione. sed quoniam pauci tantum editores textum aut coniecturis emendarunt aut secundum nouos libros manu scriptos castigarunt, in apparatu critico plurimos plane neglegimus. inter paucos autem editores, qui textum reuera aliquatenus emendarunt, praestant Baronius (*Annales ecclesiastici*, ed. Coloniae Agrippinae 1609) et Hardouinus (*Conciliorum Collectio*, Parisiis, 1715 sqq.). quare horum correcturas uel coniecturas saepius in apparatu critico attulimus.

5. De fontibus atque ortu *Collectaneorum* non una fuit sententia editorum atque auctorum. conspectum totius historiae controuersiae dat Max. Schiktanz, *Die Hilarius-Fragmente* 125—133; auctores recentiores u. *Studien I* 113. quid nosmet ipsi de hac quaestione sentiamus, exposuimus in *Studien I* 113 sqq. hic grauissima quaeque repetentes praemittimus testimonia, quae ueteres de opere historico Hilariano nobis reliquerunt.

Ac primum quidem Hieronymus (de uiris inlustr. 100) indicauit opus quoddam Hilarii: *Liber aduersum Ualentem et Ursacium historiam Ariminensis et Seleuciensis synodi continens.* etsi adnotatiunculis, quas Hieronymus de titulis et inscriptionibus librorum in suo catalogo congessit, plena fides non semper habenda est, tamen hoc in aperto esse uidetur Hieronymum nouisse librum Hilarianum conscriptum aduersum Ualentem et Ursacium, in quo agebatur etiam de historia synodorum Ariminensis et Seleuciensis. de fatis autem eiusdem, ut uidetur, libri Rufinus[1] haec copiose enarrat: *Hilarius Pictauiensis episcopus confessor fidei catholicae fuit; hic cum ad emendationem eorum, qui Ariminensi perfidiae subscripserant, libellum instructionis plenissimae conscripsisset cumque libellus ipse — in manus inimicorum ipso ignorante uenisset, ita ab eis corruptus est illo sancto uiro nihil penitus sentiente, ut postea, cum ad concilium episcoporum secundum ea, quae se in libello ipsius nouerant corrupisse, haereticum eum inimici arguere coepissent et ipse libelli sui fidem pro sui defensione flagitaret, de domo sua prolatus libellus talis inuentus sit, quem ipse non agnosceret, faceret tamen eum excommunicatum de concilii conuentione discedere.* addit Rufinus Hilario adhuc uiuo fraudem postea detectam esse. Hieronymus[2] quidem in Rufinum aduersarium uehementer increpauit, quod Hilarium a synodo aliqua excommunicatum criminatus esset, et ex eo quaesiuit, in qua urbe fuisset synodus, qui episcopi, qui eo anno consules fuissent, quis imperator hanc synodum iussisset congregari, ob quam causam congregata esset. ex doctoris tamen uerbis elucet eum non uoluisse negare exstitisse librum Hilarianum, sed potius affirmasse; nam dicitur ab eo iste liber '*liber illius*', non autem '*aliquis liber illius*': *non ei sufficit Graecos et antiquos calumniari —, uenit ad Latinos, et primum ponit Hilarium confessorem, quod post Ariminensem synodum liber illius falsatus ab haereticis sit.* Sulpicius Seuerus denique in *Chronico*

[1] *De adulteratione librorum Origenis (epist. ad Macarium)* PG XVII 628 M.

[2] *Apologia aduersus libros Rufini* II 19.

(II 45) circa annum 403 scripto loquitur *de tribus libellis publice datis*, quibus *audientiam regis poposcit* Hilarius. Sulpicium autem, cum haec scriberet, significasse aliquod opus Hilarianum, ad quod pertinebant ex nostrorum *Collectaneorum* Serie A fragmentum I et ex Serie B fragmentum II et pariter *Appendix ad Collectanea* (cf. infra p. LXII) apparet ex aliqũibus locis, quorum fons haec ipsa fragmenta erant[1].

His praemissis ipsam quaestionem de fontibus et ortu *Collectaneorum* aggrediamur[2].

1. Ac primum quidem constat Seriei B fragmenta I et II partes esse operis cuiusdam Hilariani, quod scriptum est a. 356 post synodum Biterrensem et quo Hilarius se ipsum atque negotium Athanasii publice defendebat[3]. in codicibus tota Series B tribuitur Hilario cum inscriptione tum subscriptione, de quibus infra sub n. 3 uberius disputabimus. Hilarianam originem demonstrat porro ipsum argumentum illorum fragmentorum. primo fragmento, quod ut prooemium alicuius operis facile agnoscitur, exhibentur cogitationes, quibus Hilarius affectus esse putandus est, antequam a. 356 exsilium in eum decretum est. communionem cum Saturnino episcopo Arelatensi, uno ex praecipuis aduersariis, respuit Hilarius: *nomini dei ac domini Iesu Christi adhaereo iniquorum societatem — respuens* (p. 100, 8 sq.); anno autem 360 dicit in *Libro c. Constantium* 2 hanc communionem se iam ante plures annos rupisse. damnationem Athanasii, quam eius aduersarii in synodo Mediolanensi anno 355 pronuntiauerant, commemorat Hilarius ut recens factam: (*si modo*) *iudicii corruptelam excusatione alieni arbitrii defenderem* (p. 100, 15); cf. et '*Athanasium quo iudicio damnastis?*' *dicetis nempe* '*episcoporum*' (p. 141, 12 sq.). de suo autem ipsius exsilio Hilarius ne uerbum quidem dicit, cum eius mentionem faciat in omnibus ceteris libris, quos exsul scripsit, uelut de trin. X 4, de syn. 2, c. Const. 2. contra satis clare indicat se ipsum nondum esse missum in exsilium: *uersari in sermone hominum iam diu memini quosdam sacerdotum dei idcirco exulare, quod* etc. (p. 101, 14 sq.). uerbis autem (*opus temto*) *locorum, in quibus gesta res est nosque agimus, dispara-*

[1] Cf. *Studien I* 132. 136. [2] cf. etiam A. Wilmart, *L'ad Constantium l. I de St. Hilaire de P. et les Fragments hist.* (*Rev. Bénéd.* XXIV [1907] 149—179. 291—317). [3] primus haec ostendit argumentis solidis Benedictus Marx, *Die Herkunft der Fragmente I und II und das sogenannte Opus historicum* (*Tübinger Quartalschrift* LXXXVIII [1906] 390 sqq.).

tione peregrinum (ib.5sq.) non significat — ut Marx opinatur — tantum oppida Galliae uelut Arelatum uel Biterras et Mediolanum, sed potius opponuntur Aegyptus et Oriens terris, in quibus ipse Hilarius agit, i. e. Galliis seu Occidenti. ea porro, quae in synodo Arelatensi a. 353 facta erant, dicit Hilarius *proxime gesta* (p. 102, 8) et ea, quae in concilio Mediolanensi a. 355 acciderant, dicit in *Appendice ad Collectanea*, quae primitus fragmentum II insequebatur (cf. infra p. LXII) *recens* gesta: *uenio nunc ad id, quod recens gestum est* (p. 186, 19). quodsi praeterea in memoriam reuocauerimus disceptationes synodi Mediolanensis ex parte in palatio imperatoris habitas esse — quod Athanasius in *Historia Arianorum* 31 narrat — et officiales iussu imperatoris multis in oppidis episcopos coegisse ad subscribendum decretis synodi Mediolanensis, optime intellegemus haec quoque uerba fragmenti I Seriei B: *hocque, quo etiam in Romani imperii negotiis quies carpitur, rex angitur, palatium feruet, episcopi circumcursant, officiales magistri uolitant, aduersus apostolicos uiros officiorum omnium festinatione turbatur* (p. 101, 9—12). comperimus deinde ex *Libro c. Constantium* 2 Hilarium Biterris frustra ab aduersariis suis Saturnino, Ursacio et Ualente publicam disputationem petiuisse illosque eum loquentem mox interrupisse: *qui postea per factionem eorum pseudoapostolorum ad Biterrensem synodum compulsus cognitionem demonstrandae huius haereseos obtuli: sed hi timentes publicae conscientiae audire ingesta a me noluerunt* (cf. de syn. 2: *post Biterrensis synodi professionem, in qua patronos huius haereseos — denuntiaueram*). quibus uerbis lumen affertur alicui loco fragmenti I Seriei B, ex quo uiri docti olim coniciebant opus Hilarianum conscriptum esse Constantinopoli a. 359 uel 360: p. 102, 1—7 *propensiore cura rem omnem hoc uolumine placuit exponere. raptim enim tunc* (cf. supra *ad Biterrensem synodum compulsus*) *haec per nos ingerebantur* (cf. supra *ingesta a me*), *corruptio euangeliorum, deprauatio fidei et simulata Christi nominis blasphema confessio. et necesse fuit in eo sermone* (cf. supra *cognitionem obtuli*) *omnia esse praepropera, inconposita, confusa, quia, quanto nos inpensiore cura audientiam quaereremus, tanto illi pertinaciore studio audientiae contrairent* (cf. supra *audire noluerunt*). haec igitur uerba non multo post synodum Biterrensem, in qua spes Hilarium tam infeliciter frustrata est, scripta sunt. quae uerba etiam hoc ostendunt Hilarium suo opere materias, quas in synodo Biterrensi in medium proferre statuerat, sed proponere prohibitus erat, in unum con-

gestas edidisse. opus hoc polemicum ante a. 357 compositum esse sequitur ex iis quoque, quae Hilarius de Paulino episcopo Treuirensi exsule dicit; is enim appellatur *frater et comminister meus* (p. 102, 9), cum anno 360 in *Libro c. Constantium* 11 eundem episcopum, qui in exsilio a. 357 e uiuis decessit, nuncupet *beatae passionis uirum.*

Documenta, quae in altero fragmento continentur, pertinent quidem ad tempora anno 356 multo superiora, sed optime tamen illustrant consilium, quod Hilarius in conscribendo opere secutus est, dico defensionem Athanasii et ceterorum propugnatorum symboli Nicaeni. talia autem documenta se libro suo inserturum esse Hilarius ipse prooemio indicauerat, cum diceret: *incipiam igitur ab his, quae proxime* (sc. in synodis Arelatensi et Mediolanensi) *gesta sunt* (p. 102, 8) et cum adderet se in his non sequi rerum ordinem, sed rationem ex praesentibus petitam, qua melius consequeretur id, quod spectaret. textus quoque narratiuus documentis fragmenti II adnexus indicat opus Hilarianum scriptum esse tempore, quo damnatione in Athanasium a synodo Arelatensi pronuntiata animi catholicorum adhuc maxime commouebantur et perturbabantur. uehementer enim increpat Hilarius episcopos, qui in illa synodo suum assensum dederant consiliis Ualentis, Ursacii, Saturnini: *respicite in caelum et astra, uos sacerdotes — Athanasium quo iudicio condemnastis?* (p. 141, 8 sqq.). praeterea opponit Hilarius condemnationem, quae facta est contra Photinum in synodo Mediolanensi a. 347, condemnationi, qua Athanasius in eadem urbe a. 355 damnatus est, ut patet ex his uerbis: *de Fotino — ad Orientales epistulae fiunt, non iniuria extorquendi, ut nunc agitur, adsensum, sed instruendae uniuersorum scientiae consuetudine* (p. 147, 6—9).

Opus illud polemicum, cuius partes erant Seriei B fragmenta I et II, ab Hilario confectum est tempore, quod intercessit inter synodum Biterrensem et exsilium. hoc autem non statim post synodum in Hilarium decretum esse comperimus ex iis, quae ipse de calumniis synodi, quibus motus imperator eum exsilio affecit, in *Libro ad Constantium* dicit: *exulo autem non crimine, sed factione et falsis nuntiis synodi ad te imperatorem pium, non ob aliquam criminum meorum conscientiam per impios homines delatus* (infra p. 198, 2 sqq.). ex itinerario autem Iuliani Caesaris conici potest decretum exsilii ante mensem Iunium factum esse[1]. opus Hilarianum iam anno 357 (358) in Aquitania et Hispania notum fuisse testes sunt

[1] Cf. Tillemont, *Mémoires* VII (1700) 749.

Phoebadius Aginnensis et Gregorius Eliberitanus, qui illo opere in libris *Contra Arrianos* et *De fide* abunde usi sunt[1].

2. Ad opus illud polemicum anni 356 pertinebat procul dubio etiam fragmentum IV Seriei A, quod gesta synodi Sardicensis Orientalium continet et intime cohaeret cum fragmento II Seriei B.

3. Hieronymi et Rufini testimonia confirmantur inscriptione, quae praemittitur in codicibus Seriei B (u. p. 98 n. 3) et eiusdem Seriei fragmento VIII, scilicet textu narratiuo, qui epistulae legatorum Seleuciensium adnexus est. ex sermone autem uiuaci, quo auctor alloquitur episcopos synodi Ariminensis (*post synodum enim Seleuciensem Constantinopolim uenientes, quid est, quod statim dampnatis hereticis uos iungitis?* etc. p. 175, 17—19) perspicuum est Hilarium libellum conscripsisse his ipsis diebus, quibus asseclae diuersarum partium inter se de pace religiosa disputabant, et quidem eo consilio, ut moueret legatos Ariminenses ad consensum, quem dederant, retractandum. huius textus narratiui auctorem esse ipsum Hilarium Pictauiensem minime in dubium uocabit, qui illud fragmentum in collectione inueniri, quae Hilario et inscriptione et subscriptione (infra p. 177 n. 20) tribuitur et quae certo fragmenta operis Hilariani continet, deinde plane concordare cum stilo et sermone Hilarii, denique eius argumentum optime consentire cum iis, quae de rebus in Constantinopoli urbe illis diebus gestis historia enarrat, considerauerit. Hilarius enim post synodum Seleuciensem finitam Constantinopolim profectus est, ut legatos huius synodi deterreret, ne assentirent formulae Acacianae, quae Nicaeae in Thracia accepta et Arimini comprobata erat[2]. nec dubium est, quin multum operae dederit, ut etiam legatos Ariminenses ab assensu dato reuocaret. sed operam frustra consumpsit Hilarius. non solum legati Ariminenses persistebant in suis decretis, sed etiam legati Seleucienses formulam illam Acacianam subscriptione acceperunt. quod cum factum sit ultimo die mensis decembris anni 359[3], Hilarium ante hunc diem libellum suum iam edidisse manifestum est.

Quodsi inquirimus, quaenam ex reliquis fragmentis *Collectaneorum* ad hunc libellum pertinuerint, imprimis illa fragmenta Seriei B ei tribuenda sunt, *quae* — ut dicitur inscriptione — *ostendunt uel quomodo, quibusnam causis, quibus instantibus sub imperatore Constantio factum est Ariminense concilium* i. e. fragmenta III. VII.

[1] Cf. *Studien I* 120 sqq. [2] Sulpicius Seuerus chron. II 45. [3] Sozom. hist. eccl. IV 23.

VIII, quae omnia constant et documentis et textibus narratiuis et ita partes operis alicuius polemici declarantur. cum fine et natura eiusdem operis concordant etiam Seriei A fragmenta V—IX, ex quibus fragmenta V et IX pariter complectuntur et documenta et textus narratiuos. quare etiam haec fragmenta quin partes operis Hilariani fuerint, non dubitamus. titulus, quo inscriptus erat hic libellus, traditus esse uidetur per Hieronymum, a quo dicitur *Liber aduersum Ualentem et Ursacium*. cum uero in inscriptione Seriei B, quae eam ut libellum de synodi Ariminensi tractantem inducit, hic libellus '*liber secundus*' nuncupetur et cum eadem Series simul fragmenta aliqua contineat, quae certo pertinebant ad opus Hilarii polemicum anno 356 scriptum, ualde uerisimile est cum libellum anni 356 tum libellum anni 359 eundem titulum *Aduersum Ualentem et Ursacium* habuisse eosque postea ut librum primum et secundum distinctos fuisse. subscriptionem autem, quae in codicibus post ultimum fragmentum Seriei B inuenitur, librario alicui uel potius redactori ipsi *Collectaneorum* attribuendam esse putamus.

4. Serie B tradita sunt aliqua fragmenta, quae ad librum alterum operis *Aduersum Ualentem et Ursacium* pertinere nequeunt eo, quod annis 362, 363, 366 exeunte uel 367 ineunte scripta sunt i. e. fragmenta IV. V. VI. quoniam autem Hilarius non ante finem anni 367 e uiuis decessit (cf. *Studien I* 126), nihil obstat, quominus illa fragmenta ex libro tertio operis *Aduersum Ualentem et Ursacium* ipso anno 367 scripto et ab Hilario ipso aut breui post eius mortem edito exscripta esse arbitremur. nam eadem collectione continentur, qua cetera fragmenta ex illo opere desumpta, et a natura huius operis minime differunt, immo multum conferunt ad illustrandam historiam Arianorum. cum Seriei prioris fragmentum III cum alterius Seriei fragmentis V et VI intime cohaereat, id quoque ad librum tertium totius operis, quod Hieronymus *Aduersum Ualentem et Ursacium* nuncupauit, pertinuisse coniectamus.

5. Formam, quam nunc praebent *Collectanea*, casu ortam esse putamus, et quidem hac ratione. collector quidam anonymus, qui materias ad impugnandos Arianos uel ad eorum historiam componendam congessit, *Libros tres aduersum Ualentem et Ursacium* excerpsit. quae excerpta librarius quidam, in cuius manus uenerant, eo ordine, quo ea repperit, descripsit. ad illa excerpta primitus etiam *Oratio synodi Sardicensis ad Constantium imperatorem* cum textu narratiuo Hilarii, quae duae partes cohaerentes uulgo dicuntur

Liber ad Constantium primus, pertinebant (cf. infra p. LXII). existimamus autem inscriptionem, quae alteri Seriei in codicibus praemittitur, folium unum implesse et hoc folium fortuito locum obtinuisse ante folia, quae complectebantur priora excerpta ex libro primo totius operis polemici desumpta. quoniam complures collectiones canonum, quae saeculo quinto compositae sunt, locos uel mendosos uel lacunosos aliquos eosdem continent atque *Collectanea*, haec saeculo IV exeunte uel saltem saeculo V ineunte exorta esse dicendum est. horum *Collectaneorum* aliquo exemplari usus esse uidetur Sulpicius Seuerus, cum conscriberet *Chronicon* circa a. 403. Italiam autem fuisse patriam istius collectoris anonymi indicant cum collectiones illae canonum in Italia exortae tum uetustissimus testis libri, qui dicitur *ad Constantium I*, scilicet cod. Uaticanus Basilicanus S. Petri D. 182 ineunte saeculo VI in Italia conscriptus.

6. Restat, ut pauca disseramus de nostrae editionis ratione. ac primum quidem nobis utile uisum est immutatum retinere ordinem, quo *Collectanea* codice A tradita sunt. reliquimus igitur diuisionem in duas partes, quas, ut melior modus afferendi singulos locos praebeatur, nuncupauimus Seriem A et Seriem B. deinde singulis fragmentis, quae ex Hilariano opere desumpta sunt et quodam unitatis uinculo cohaerere uidentur, praemisimus numeros romanos, horum autem fragmentorum singulis partibus numeros arabicos. in margine addidimus eos numeros romanos, qui in Coustantii editione fragmentis adiecti sunt. eiusdem editionis retinuimus, quantum fieri potuit, partitionem capitum; ubi autem ab hac diuisione recessimus, adiunximus numeros editionis Coustantii uncinis rotundis inclusos. ad dilucidiorem ipsorum capitum conspectum addidimus praeterea in margine numeros paragraphorum, in quas diuisimus singula capita. quod ad singulas subdiuisiones utriusque Seriei *Collectaneorum* attinet, quae ipsis singulis documentis et textibus narratiuis efficiuntur, eae in codice A plerumque nouis inscriptionibus uel litteris maiusculis satis clare indicantur; aliquoties tamen per errorem librarii traduntur scriptione continua partes, quae ex natura sua separandae sunt, id quod in apparatu critico semper notauimus. ita in A scriptura continua coniuncti sunt numeri hi: Series A IV 1. 2. 3. V 1 et 2. 3 et 4. IX 1 et 2. Series B II 6 et 7. 10 et 11. III 1 et 2. VII 4. 5. 6. 8 et 9.

Inscriptiones et subscriptiones in A litteris maiusculis colore rubro exaratae sunt, litteris maiusculis siue rubro siue nigro atra-

mento scriptae sunt saepius etiam formulae salutandi et initia nonnullorum capitum. hac autem editione scripsimus litteris maiusculis solas inscriptiones et subscriptiones, reliqua litteris minusculis. si quis autem accuratius scire uelit, quae praeter inscriptiones et subscriptiones in A exarata sint litteris maiusculis, habeat ea hic omnia indicata:

p. 43, 3—5. 43, 6 (*Dilectissimis — episcopis*). 46, 8. 9. 11. 12. 47, 13. 14. 16—20 (*Incipit — patrem*). 48, 9—13 (*Incipit — Carthaginis episcopo*). 74, 3 (*Stephanus — Coelae*). 78, 8—10. 13—15 (*Beatissimo — et*). 85 nota 18. 85, 20—86, 1 (*Gesta — an[tehac]*). 87, 2—4 (*Incipit — Augusto*). 89, 2—5. 93, 16—19 (*Incipit — semper*). 94, 25. 26 (ab *EXPLICIT*). 95, 3—6 (*Incipit — catholicis*). 96, 16—18 (*Eusebio — episcoporum*). 98 nota 3 ex parte. 103, 3—5 (*Incipit — here[tici]*). 126, 5—7 (*Incipit — senti[mus]*). 131, 2. 11. 143, 4—8 (*Exemplum — quoniam*). 145, 5—11 (*Item — per*). 146, 2 (*Superioribus — oran[tibus]*). 150, 5—8. 155, 2—5 (*Incipit — per*). 7 (*Studens — lit[teras]*). 156, 12—14 (*Item — consistentibus*). 158, 2—3 (*Item — paternam*). 159, 4—8 (*Incipit — sol[licitudo]*). 160, 16—17 (*XV. — Ianuarias*). 20—21. 164, 14—16. 166, 15—16. 18. 167, 17—168, 3. 170, 11. 172, 15. 173, 11—15 (*et — uos*). 174, 3—4. 175, 6 (*His — commemora[tae]*). 177 nota 20. adde subscriptionem *EXPLICIT* p. 86, 27. 88, 20. 93, 15. 97, 13. 102, 26. 126, 3. 154, 25. 156, 9. 157, 22. 159, 2. 164, 11.

Iam p. XXXVII nos in apparatu critico lectiones uariantes cod. T apographi a Coustantio traditas neglegere diximus, nisi repraesentent coniecturas alicuius momenti uel menda correcta, et similiter nos uariantes lectiones codicis C tum solum indicare, cum correctiones haud leuidenses uel coniecturas haud spernendas offerat aut cum singillatim commonefacere cupiamus Fabrum uel Coustantium esse auctores correctionum. formula igitur ACm1 (u. g. 43, 20 *diuisio*, 44, 19 *quam*, 55, 4 *legis*) indicat correctionem factam esse a Cm2, formula AC (u. g. 44, 8 *dn̄m*, 45, 26 *permitteris*) docet priores editores mendum iam correxisse. ex simplici littera A mendis leuioribus addita (u. g. 43, 10 *sensum*, 44, 6 *ipsum*, 47, 4 *scriba*) concludi licet illa menda cuiuis perspicua correcta iam esse a scriba codicis C uel a primis editoribus. monuimus etiam iam supra p. LIII reliquorum editorum nos in apparatu mentionem non facere, nisi nouis coniecturis textum reuera emendauerint. interdum, etsi raro, adhibuimus — etiam in ceteris opusculis editis — maioris perspicuitatis causa apparatum, qui dicitur positiuus, praesertim cum qui editores lectionem in textum receptam probauerint, peculiariter significare uoluerimus. de ratione scribendi orthographica, quam in textu edendo secuti sumus, disseruimus p. XXVIII sqq.

II. B.
DE APPENDICE AD COLLECT. ANTIAR. PAR. (LIBER I AD CONSTANTIUM).

1. De huius libri natura et origine. — 2. De codicibus. — 3. De editionibus.

1. Usque ad ultimos annos libellus, qui uulgo dicitur '*Liber I ad Constantium*', epistula esse putabatur, quam Hilarius nomine synodi cuiusdam in Galliis habitae circa annum 355 ad Coustantium imperatorem dedisset. huic tamen sententiae olim iam nonnullas difficultates obiectas esse animaduertit Coustantius in editionis praefatione; aliqui enim dubitarunt, an illi epistulae *Benignifica* aliunde adiuncta essent, quae inde a capite quinto superessent et quae neque cum superioribus neque inter se satis cohaerere uiderentur. mirum imprimis uideri, quod nusquam abhinc oratio conuerteretur ad imperatorem, rationem autem tractandi habere magnam affinitatem cum iis, quae in fragmentis Ariminensis concilii dissererentur. opinabantur deinde periisse nonnulla in epistula, quae litterae ipsae significarent. ita ex uerbis *moueret enim absolutionem eius* etc. (p. 186, 7), quae ad Athanasium referri deberent, manifestum fieri de hoc episcopo iam antea sermonem habitum esse. dicebant denique capite octauo memorari mentionem Nicaenae fidei iam factam, quamuis nullum in superioribus de ipsa uestigium occurreret. quae difficultates omnes dilucide solutae sunt thesi Andreae Wilmart[1], qui statuit libellum constare duabus partibus, epistula scilicet a synodo Occidentalium Sardicensi ad Constantium imperatorem missa et textu aliquo narratiuo, quae partes pertinuissent ad opus Hilarii polemicum anno 356 scriptum et locum obtinuissent post textum narratiuum nunc in *Collectaneis* Serie B II 11 traditum.

Rationes uero, quibus haec sententia probatur atque confirmatur, sumi possunt cum ex epistula et textu narratiuo ipsis tum ex testimoniis, quae eiusdem aetatis de epistula a synodo Sardicensi ad imperatores missa exstant, denique ex consensu, qui inter hanc epistulam et alias ab eadem synodo scriptas litteras adesse cognoscitur[2].

Epistulam autem *Benignifica* et textum narratiuum a fragmento II Seriei B, quocum primitus coniuncta erant, iam ante initium

[1] *L' ad Constantium l. I de St. Hilaire de P. et les Fragments hist.*(*Revue Bénéd.* XXIV [1907] 149—179. 291—317). [2] cf. *Studien I* 144 sqq.

saeculi VI dissoluta esse ex eo liquet, quod uetustissimus codex, Uaticanus Basilicanus S. Petri D. 182 saec. VI in., illa tradit inscripta *lib. I. sci hilari ad constantium imp* et quod eodem fere tempore i. e. ineunte saeculo VI Fulgentio Ferrando scribenti ad Pelagium et Anatolium epistulam noti erant '*Liber I*' et '*Liber II ad Constantium*'; dicit enim in hac epistula c. 2: *beati Hilarii in secundo libro, quem ad Constantium imperatorem scribit* (LXVII 922 M). neque in errore uersari putamus, si quis opinatur Sulpicium Seuerum, qui circa annum 403 mentionem facit de tribus libellis publice datis, quibus Hilarius audientiam regis poposcisset (chron. II 45), tribus his libellis significasse '*Librum I*' et '*Librum II ad Constantium*' et *Librum contra Constantium*. neque uero ulla dubitatio est, quin Sulpicius libri, qui dicitur '*I ad Constantium*', argumentum nouerit eoque usus sit in enarrandis actis synodi Mediolanensis anni 355 (cf. *Studien I* 136 sq.). Hieronymo autem, qui non multo post Hilarium floruit, anno 392 in manibus non erant nisi *eius et ad Constantium libellus, quem uiuenti Constantinopoli porrexerat, et alius in Constantium, quem post mortem eius scripsit* (de uiris inl. 100). quodsi concedimus Sulpicio Seuero epistulam *Benignifica* et textum narratiuum ut peculiarem libellum (*Liber I ad Constantium*) usui fuisse, ea inter annos 392 et 403 a *Collectaneis* casu uel aliquo errore separata esse dicere necesse est. Hilarius ipse epistulae Sardicensi titulum *Oratio synodi Sardicensis ad Constantium imperatorem* dedisse uidetur; ita enim ipse appellauit litteras synodicas in textu narratiuo, qui praecedebat epistulam. librarius autem quidam, cui notus erat liber Hilarii ad Constantium missus quique in manibus habebat illam epistulam *Benignifica* simul cum textu adiuncto, quorum naturam ignorabat, illas quoque litteras synodicas putabat esse aliquam epistulam ad imperatorem directam ideoque huic epistulae et libro Hilariano re uera ad imperatorem misso falsos adiecit titulos '*Liber I*' et '*Liber II ad Constantium*'. quo errore fortasse effectum est, ut illa synodica epistula simul cum textu Hilariano eadem ratione atque genuinus liber Hilarii ad Constantium non paucis libris manu scriptis nobis traditus sit.

2. Codices, quibus '*Liber I ad Constantium*' continetur, non sunt pauci atque sunt fere iidem, quibus nobis transmissi sunt etiam '*Liber II ad Constantium*' et *Liber contra Constantium*. quo apparet hos tres libros unitatis quodam uinculo cohaerere fuisse opinionem communem. attamen *Liber c. Constantium* in quibusdam codicibus

etiam solus absque duobus aliis inuenitur, uelut in cod. Monacensi 6311 saec. X, cod. Turonensi 313 saec. X (—XIII), cod. Parisino 1687 saec. XI, cod. Basileensi O. II. 24 saec. XIII, cod. Uaticano 555 saec. XV (cf. *Studien I* 137 sq.). sed transeamus iam ad singulos codices enumerandos (cf. *Studien I* 138 sqq., *III* 3 sqq.).

1. Cod. Uaticanus Basilicanus S. Petri D. 182 (= B), fol. 311, saec. VI in. scriptus est liber litteris partim semiuncialibus, partim uncialibus. libri duo ad Constantium exarati sunt characteribus uncialibus et quidem tribus diuersis manibus (cf. *Studien III* 3). ex subscriptione, quae f. 288r litteris cursiuis addita est (*contuli in nomine dñi ihu χpi aput karalis constitutus anno quarto decimo transamundi regis*), statui potest librum in oppido Calari anno 509 uel 510 correctum esse; nam Transamundus rex Uandalorum regnauit ab anno 496 usque ad annum 523. Caralis autem, plerumque 'Calaris' appellata (sed cf. Sulp. Seuer. chron. II 39: *Lucifer a Carali*), fuit metropolis episcopalis Sardiniae, tunc temporis pertinens ad regnum Uandalorum Africanum. hoc in oppido uiuebant inter annos 508 et 523 exsules Fulgentius Ruspensis eiusque socii, ex quibus Fulgentium Ferrandum duorum Hilarii ad Constantium librorum mentionem facere supra diximus. eum autem notitiam hanc ex cod. B, forte in Sardinia ipsa scripto, hausisse ueri simile est. incipit uero '*Liber I ad Constantium*' f. 288r his uerbis: *INC EIUSDEM AD CONSTANTIUM | BENIGNIFICA* et finit f. 292r ita: *de se loquitur ipsa | EXPL. LIB. I. SCI. HILARI. AD CONSTANTIUM IMP.*

Correctus est liber a uariis manibus — quas ut singulas discerneremus operam dedimus — et primum quidem a manu quadam eiusdem forte saeculi VI (= m 2), quae litteris maiusculis plures correcturas adiecit, deinde ab alia manu (= m 3), quae plerumque in margine paucas notas litteris cursiuis addidit, uelut p. 184 n. 6 *eusebiū caesariensem et eusebium nicomediensem arrianos affirmat* et p. 205 n. 13 *quia xp̄s ds̄ ē*, deinde a duabus aliis manibus posterioribus, quarum altera (= m 4) nonnulla litteris semiuncialibus, altera (= m 5) complura litteris minusculis mutauit. inueniuntur praeterea aliquae correcturae, quae a quibus manibus factae sint uix cognosci potest ideoque in apparatu critico manui incertae (= m?) ascribuntur. de ratione scribendi orthographica codicis B complura exposuimus in *Studien III* 4. ubicumque fieri potuit, hanc rationem codicis B secuti sumus. cum autem B ubique fere utatur forma

heretic- (*heres-*), hanc formam cum maiore parte codicum etiam p. 183, 2 et p. 186, 12 pro *haeretic-* codicis B substituimus. recepimus porro uerborum compositorum formas assimilatas uel non assimilatas, sicuti cod. B eas exhibet; ex abbreuiationibus prae aliis mentione magis dignae sunt hae: *ēps* = *episcopus*, *ēpsi* (= gen. sing.), *prb̄b̄* = *presbyteros*, *d̄ne* (de imperatore usurpatum). ad textum restituendum usi sumus collatione accuratissime facta ab Henrico Sedlmayr et tabulis photographicis.

2. Cod. Parisinus Nouv. acq. 1454 (= C), fol. 191, saec. X. pertinebat hic liber olim ad monasterium Cluniacense[1]. traditus est '*Liber I ad Constantium*' f. 170ᵛ—172ʳ: *INCIPIT LIBER EIUSDEM AD CŌSTANTIŪ* | *Benignifica — de se loquitur ipsa sententia* | *EXPLICIT LIBER. I. SC̄I HILARII AD* | *CONSTANTIUM IM̄P.* textus codicis C ualde similis est textui correcto codicis B, quod non explicatur nisi eo, quod aut cod. C descriptus est ex cod. B correcto aut cod. B correctus est secundum librum ualde affinem archetypo codicis C. ipse autem cod. C correctus est secundum aliquem librum pertinentem ad eam familiam, ex qua ortum ducit cod. G (u. infra n. 5). correxerunt codicem C manus duae eiusdem fere aetatis, altera atramento nigro simili originario, altera atramento paulo pallidiore. has duas manus distinximus — ubi fieri potuit — signis *m2* et *m3*. de orthographia codicis C uide plura in *Studien III* 4 et 7. habet imprimis hoc peculiare, quod *c* ante *e* et *i* fere semper redditur per *t*, uelut in *artifitio*, *fatiant*, *iuditi-*, *martion*, *patefatiam*, *profitientia*, *offitium*, *subitiant*, *suspitio*. praesto mihi erant ad textum recensendum collatio a Floriano Weigel Uindobonensi suscepta et tabulae photographicae.

3. Cod. Salisburgensis S. Petri a. XI. 2 (= J), p. 285, saec. XI/XII. librum iam saec. XII monasterii S. Petri fuisse patet ex inscriptione illius saeculi, quae habetur in pagina quadam libro praefixa: *ISTE liber pertinet ad sēm Petrum SALZBURCH.* codex ipse summa diligentia exaratus nullam correcturam alius manus continet, saltem in '*Libris ad Constantium*'. cum compluribus locis eius lectiones differant a lectionibus ceterorum librorum et meliorem sensum praebere uideantur, putare quis possit illas lectiones originarias esse, sed melius consideranti patebit lectiones has ori-

[1] Cf. Delisle, *Inventaire des Mss de la bibl. Nat., Fonds de Cluni*, Paris 1884, 94 sqq.

ginem habere a scriba quodam erudito; cf. u. g. p. 182 n. 13 et p. 185 n. 2. cum praeterea codex noster, ceteroquin ualde affinis codicibus ELMOW, complures lectiones communes habeat cum libris gallicis C et G, librarium cod. J in scribendo plures codices in manibus habuisse conicere licet. codicem autem secundum aliquod exemplar ex Gallia oriundum confectum esse redundat non solum ex affinitate, quam habet cum illis codicibus C et G, sed etiam ex eo, quod archetypus codicis E in Gallia scripti (cf. infra n. 4) aut ipse cod. J aut exemplar huic cod. J ualde simile fuit et quod in fine cod. J manu saeculi XII addita est epistula ad *Ugo sc̄i Uictoris prior* his uerbis incipiens: *nup de parisius* (sic) *ueniens dns Arnolfus sagiensis archidiaconus.* scriptus est autem liber saeculo XI exeunte uel saeculo XII ineunte (cf. *Studien III* 7 sq.). habetur *Epistola sc̄i Hylarii ep̄i transmissa ad Constantium* | *Benignifica* etc. p. 233—236. tabulas photographicas confecit Ios. Braun S. I.

4. Cod. Bernensis 100 (= E), fol. 94, saec. XII. liber in Gallia exaratus continet epistulam synodicam et textum narratiuum inscriptione praefixa: *Epistola sc̄i Hylarii ep̄i transmissa ad Constantium* f. 76v—77v. nonnullis lectionibus concordat E contra ceteros codices cum L et W; ita u. g. legunt ELW 182, 7 *regitis et* pro *regitis*, 182, 9 *diuersa* pro *diuulsa*, 185, 10 *causa sua* pro *sua causa*; cf. in *Libro ad Constantium*: 200, 15 *in demutatione* pro *de immutatione*, 205, 17 *habeam* pro *ab ea*. E et L etiam artius inter se cohaerere ostendunt haec exempla: 183, 7 *exerit* pro *erit*, 201, 19 *speculo* pro *septuplo*. iam supra sub n. 3 indicauimus codicem E compluribus locis a manu alia correctum esse secundum exemplar typi codicis J, cf. 182, 6. 185, 1. 2. 187, 13. contuli codicem ipse Monachii.

5. Cod. Burdegalensis 112 (B. Mariae Syluae Maioris) (= G), fol. 197, saec. XII. elegimus hunc codicem tamquam exemplar familiae codicum gallicorum, quibus praecipue usus est Coustantius. differunt autem hi codices nonnullis lectionibus a ceteris. ita u. g. legunt 181, 7 *Benefica* (non *Benigna*, ut putat Coustantius) pro *Benignifica*, 181, 12 *passiones* pro *persecutiones;* cf. in *Libro ad Constantium*: 199, 14 *ne quid maneret*, 201, 12 *morientes mori inuicem* pro *cum mordemus inuicem*; omittuntur praeterea in illis libris uerba 199, 17 *necessitatis tamquam.* secundum exemplar quoddam huius familiae gallicae etiam in cod. C complura correcta sunt. ita u. g. habent Cm2 et G in *Libro ad Constantium* recte 199, 6 *humanae infirmitatis modestia*, cum discrepent omnes reliqui libri; subter

uerba 199, 17 *necessitatis tamquam*, quae in G omittuntur, Cm2 lineam duxit. codicem G eundem esse, quem Coustantius dixit *cod. Mariae de Silua Maiore*, apparet cum ex inscriptione codicis G (*B. Mariae Syluae Maioris*) tum ex lectione aliqua singulari, quam Coustantius ex illo codice adnotat et quam inuenimus in nostro cod. G: *curam in absolutionem sancti Athanasii quoque illi uiri* (pro *Athanasii sancti illi uiri*) *receperint* 184, 15. habetur in G *Tractatus* (*B. Hylarii*) *ad eundem Constantium* | *Benefica* f. 19 sq. de orthographia et de abbreuiationibus codicis G cf. *Studien III* 9 sq. imagines photographicas suppeditauit G. Guizard.

6. Cod. Monacensis 169 (Lib. H. Schedelii) (= M), fol. 107, saec. XII. inuenitur *Epła Sc̄i Hylarii ep̄i transmissa ad Constantinū* (sic) *Augustum* f. 102ᵛ—103ᵛ. contuli ipse.

7. Cod. Monacensis 21528 (Weihenstef. 28) (= O), fol. 121, saec. XII. traditur *Epła S. Hylarii trāsmissa ad Constantinū* f. 114ʳ—115ᵛ. codices M et O magnam inter se affinitatem habent; praebent u. g. 183, 4 *ministeriorum* pro *mysteriorum*, 198, 1 *commune* pro *communione*; omittunt ambo 187, 3 *illic* et *decem*, 200, 4 *ut uolumus, aut ita, ut*. contuli ipse.

8. Cod. Uindobonensis 684 (= W), fol. 144, saec. XII. traditur *Ep. S. Hylarii ep. transmissa ad Constantium* | *Benignifica* f. 121ʳ—122ʳ. codicem W affinem esse codici E iam supra dictum est sub n. 4. contuli ipse Monachii.

9. Cod. Zwettlensis 33 (= L), fol. 243, saec. XII. de quo codice cf. *Xenia Bernardina* II 1 (1891) 315 et *Studien I* 140. epistula et textus narratiuus habentur sine titulo f. 237ᵛ—239ʳ. inspexi codicem Monachii.

Indicamus praeterea aliquos alios codices, qui continent '*Librum I ad Constantium*', et addimus, quantum fieri potest, titulum, quem habet liber in singulis codicibus, et locum, quo traditur: cod. Cantabrigiensis (Corpus Christi College) 345 saec. XII; cf. H. Schenkl, *Bibl. patr. lat. brit.* n. 4932. — cod. Cheltenham 23027 saec. XII; cf. Schenkl n. 2092. — cod. Duacensis 220 (Abbaye d' Anchin) saec. XII; habetur *Tractatus ad Constantium Augustum* f. 130 sq. — cod. Trecensis 242 (Clairvaux F. 37) saec. XII; epistula *Benefica* inuenitur sub n. 4. — cod. Remensis 371 (Saint Denis) saec. XIII. *Tractatus S. Hylarii ad Constancium Augustum* | *Benefica* habetur f. 176 sqq. — cod. Remensis 372 (Saint-Thierry 22) saec. XIII. inuenitur *Tractatus S.*

Hylarii ad Constancium imp. | *Benefica* f. 183^v sqq. — cod. Uindobonensis 730 (Theol. 140) saec. XIII. habetur *Ep. S. Hylarii transmissa ad Constantinum* | *Benignifica* f. 105^v—107^r. — cod. Uindobonensis 1067 (Uniu. 82) saec. XIII. inuenitur *Ep. S. Hilarii transmissa ad Constantium* f. 24^r—25^v. — cod. Uindocinensis 189 (ol. S. Michaelis in periculo maris) saec. XIII. epistula *Benefica* habetur f. 52^v sqq. — ex libris etiam recentioribus nobis noti sunt: cod. Parisinus 1699 (ol. S. Amandi, postea Tellerianus) saec. XIV. — cod. Basileensis A. V. 18 saec. XV. — cod. Mellicensis 156 saec. XV. — cod. Monacensis 11408 (Poll. 108) saec. XV. — cod. Uaticanus Urbinas 37 (ol. 90) saec. XV.

Coustantius in editionis usum contulit octo codices, quos appellat *Uatic. bas.*, *Theoderic.*, *Remig.*, *Michaelin.*, *Sorbon.*, *Carnut.*, *Silu.*, *Elnon.* (1402). ex quibus recognosci possunt hi: *Uatic. bas.* = cod. Basilicanus S. Petri D. 182 saec. VI, *Theoderic.* = cod. Remensis 372 saec. XIII, *Remig.* = cod. Remensis 371 saec. XIII, *Michaelin.* = cod. Uindocinensis 189 saec. XIII, *Silu.* = cod. Burdegalensis 112 saec. XII, *Elnon.* = cod. Parisinus 1699 saec. XIV. codices *Sorbonensis* et *Carnutensis* (= T) secundum ea, quae de illis dicit Coustantius, pertinebant ad saec. XIV. Coustantii autem codices gallici fuere membra unius eiusdemque familiae; omnes enim initio epistulae *Benigna* pro *Benignifica* et nonnullas alias lectiones singulares pari modo praebebant; cf. supra sub n. 5.

3. Ut refert Robertus Fortunatus Maclouiensis in editione Badii, quae prodiit Parisiis anno 1510 (*Opera complura S. Hylarii episcopi hac serie coimpressa*, enumerantur deinde singula opera), libri ad Constantium et contra Constantium primum in lucem prodierunt cura G. Cribelli (sc. Mediolani 1489) eiusque textus in illam editionem Badii est receptus. qui textus inuenitur uix mutatus uel emendatus etiam in editione Erasmi (*Diui Hilarii Pictauorum episcopi Lucubrationes* [Basileae anno 1523] I 274—277). haec editio Erasmi denuo prodiit Basileae anno 1535 (I 273—275). Erasmi *Lucubrationes* recognouit atque emendauit Martinus Lypsius editione, quam uulgauit Basileae anno 1550, sed paucis tantum differt huius nouae editionis textus a textu Erasmi. neque multum emendatus est textus in editione Iohannis Gillot (*D. Hilarii Pictau. ep., quotquot extant Opera* etc. [Parisiis anno 1572] p. 118—119). quae editio Gillotii postea recusa est Parisiis anno 1605 (p. 302—306) paulum emen-

data et praesertim *Fragmentorum ex opere historico* accessione locupletata. tertio atque iterum typis mandata est Coloniae Agrippinae anno 1617 (p. 98 sq.) et Parisiis annis 1631 et 1652 (p. 337—341). Baronius uulgauit epistulam *Benignifica* et textum narratiuum ad a. 355 n. LXXII sqq. textum uere emendatiorem curauit Coustantius in magna editione anni 1693 (col. 1217—1224). qui textus receptus est etiam in editiones posteriores Ueronensem (a. 1730, p. 535—540), Uenetam II (a. 1750, p. 422—427), Wirceburgensem II (a. 1785, p. 1—6), Mignianam (X 557—564).

III.

DE LIBRO AD CONSTANTIUM (LIBER II AD CONSTANTIUM).

Liber hic ab editoribus generatim uocatur *Sancti Hilarii ad Constantium Augustum liber secundus, quem et Constantinopoli eidem ipsi tradidit.* uerba autem *liber secundus* per errorem alicuius librarii fortasse iam saeculo IV exeunte introducta esse, certe autem saec. V in libris usitata fuisse supra p. LXIII uidimus. primum nobis occurrunt illa uerba *secundus liber* in Fulgentii Ferrandi epistula ad Pelagium et Anatolium missa: *beati Hilarii in secundo libro, quem ad Constantium imperatorem scribit* (cf. supra p. LXIII). ab Hieronymo autem dicitur liber ille *Ad Constantium libellus, quem uiuenti Constantinopoli porrexerat* (de uiris inl. 100). quibus uerbis clare efficitur Hieronymo, cum illa scriberet, nostrum librum ante mentem uersatum esse. Hilarium uero librum imperatori Constantinopoli anno 359 exeunte dedisse concludimus ex uerbis Sulpicii Seueri dicentis: *ubi* (sc. *Hilarius*) *extremum fidei periculum animaduertit Occidentalibus deceptis Orientales per scelus uinci, — audientiam regis poposcit, ut de fide coram aduersariis disceptaret* (chron. II 45). cum autem Occidentales decepti sint conuentu, qui habitus est mense decembri ineunte Nicaeae Thraciae, Orientales uero formulae Nicaenae subscriberent ultimo die decembris[1], libellus ille Hilarianus scriptus est ipso decembri medio uel exeunte. quod confirmatur iis, quae ex ipsa epistula comperimus (cf. *Studien III* 12 sq.).

De huius libri codicibus et editionibus cf. supra p. LXIII sqq.

[1] Sozom. hist. eccl. IV 23.

IV.
DE HYMNIS.

1. De hymnis codicis Aretini. — 2. De hymno dubio *Hymnum dicat.*

1. Hilarium *Librum hymnorum* composuisse testatur Hieronymus[1] et confirmat Isidorus Hispalensis († 636) dicens eum hymnorum carmine floruisse primum[2]. uidetur autem Hilarius *Librum hymnorum* confecisse, postquam reuertit ex exsilio. in Oriente enim hymni liturgici maxime colebantur et Ariani talibus cantibus utebantur ad mentes hominum sibi conciliandas. Hilarius igitur exsul, quam uim cantus liturgici in animos fidelium exercerent, procul dubio haud semel expertus est. putamus igitur eum iam tum animum induxisse in sua quoque patria hymnos in liturgiam ecclesiasticam introducere. eius autem populares nouo usui difficultates non paucas obstruxisse indicat idem Hieronymus, cum dicit: *Hilarius — in hymnorum carmine Gallos indociles uocat*[3]. quodsi genus sermonis hymnorum Hilarii genuinorum temperatum atque siccum, nonnumquam sublime atque reconditum consideramus, facile intellegimus Gallis permagnum et arduum fuisse hymnos Hilarianos et cogitatione comprehendere et memoria tenere[4]. hymnos Hilarii etiam in Hispania in usu fuisse comperimus ex actis synodi quartae Toletanae anni 633. cum enim nonnulli nimii in defendendis ueteribus traditionibus sacrae scripturae hymnos et carmina in liturgia non admitterent, ceteros autem hymnos omnes ex officiis ecclesiasticis expellerent, illa synodus laudauit hymnos Hilarianos hisce uerbis: *nonnulli hymni humano studio in laudem dei atque apostolorum et martyrum triumphos compositi esse noscuntur sicut hi, quos beatissimi doctores Hilarius atque Ambrosius ediderunt*[5].

Idem cod. Aretinus VI 3, quo nobis traditi sunt *Tractatus mysteriorum* Hilarii, continet etiam tres hymnos uel potius eorum fragmenta, quae sequuntur subscriptionem *Tractatuum* inscripta: *Incipiunt hymni eiusdem* (i. e. Hilarii). praemittuntur autem primo hymno tamquam praefatiuncula duo uersus senarii iambici, qui in cod. A stropham quattuor uersuum conficiunt. ipse primus hymnus conscriptus est in folio 14^r bipartitis uersibus in antica parte 25 + 25, in auersa autem parte 33 + 33. unaquaeque autem stropha

[1] *De uiris inl.* 100. [2] *De officiis ecclesiasticis* I 6 (LXXXIII 473 M). [3] *In epist. ad Galatas* lib. II. Praef. (XXVI 355 M). [4] cf. Uict. Buzna, *De hymnis S. Hilarii* (1911) 18. [5] Mansi X 622.

hymni metro asclepiadeo compositi in codice dissoluta est in sex lineas, quarum prima et quarta constant glyconeis, altera uero simul cum tertia et quinta cum sexta comprehendunt uersus asclepiadeos. deest in codice finis hymni, qui periit cum foliis quattuor internis quaternionis, cuius folia primum et octauum pari modo exciderunt (cf. p. XIX), ita ut praeter folium secundum nihil nisi septimum huius quaternionis folium exstet. quoniam hymnus primus est abecedarius, numerum uersuum perditorum facile definire possumus; pleno enim hymno abecedario desunt 13 uersus. deinde folium nunc quintum decimum continet hymnum alterum abecedarium senariis iambicis compositum, cuius initium complectens 10 uersus periit, et tertium hymnum *Adae carnis* senariis trochaicis confectum, cuius pars ultima incertae magnitudinis deperdita est. uterque autem hymnus in codice pariter ac primus dissolutus est in uersus curtos. si talem dissolutionem uersuum supponamus etiam in hymnis cum foliis quaternionis nunc truncati deperditis, hunc quaternionem integrum mille circiter uersus curtos complexum esse intellegemus. an quaternionem quartum integri codicis adhuc alius quaternio uersus Hilarianos continens secutus sit, plane nescimus. quodsi perpendimus hymnos Ambrosii genuinos uix quingentos uersus curtos complecti, librum hymnorum Hilarii haud ita paruum fuisse facile admittemus.

Librum hymnorum Hilario certo tribuendum esse nemo fuit post Adolphum Ebert[1], qui serio negaret. originem enim Hilarianam complura argumenta confirmant atque euincunt. testimonio ipsius libri Aretini addendum est testimonium Petri diaconi sine dubio codicem A integrum simul cum subscriptione in manibus habentis, qui Desiderium abbatem Casinensem *Hilarium mysteriorum et hymnorum* describendum curasse confirmat[2]. cum porro Hieronymus in enumerandis operibus Hilarii intime conectat *librum hymnorum et mysteriorum alium*[3] in errore eum non uersari putamus, qui Hieronymo duos libros in uno corpore sociatos in manibus fuisse existimauerit. originem Hilarianam quam maxime comprobari etiam stilo, sermone, cogitationibus ipsorum hymnorum fusius ostendimus in *Studien III* 88—90[4].

[1] *Allgemeine Geschichte der Literatur des Mittelalters* etc. I² 142 sq.; cf. *Studien III* 87. [2] cf. supra p. IX. [3] *De uiris inlustr.* 100. [4] cf. Mason in *The Journal of Theol. Studies* V (1904) 414 sqq.; Meyer l. c. 402 sqq.

De ratione orthographica codicis A addimus pauca, quae complent ea, quae iam supra disseruimus p. VII:

Ponitur *e* pro *ae*: I 39 *nate*, II 22 *seuus*, II 35 *prestat*, II 42 *mee*, III 12 *optime*, III 17 *querit*, III 13. 19. 23 *predic-*. — *ę* pro *e*: I 12 *sc̄ę*, I 53 *fęlix*, I 54 *quę*, III 7 *sanię*. — *ę* pro *oe*: III 13 *cętus*. — *h* falso additur in II 16 *hictus*, II 35 *perhenne*, II 43 *perhennes*. — *p* deest inter *m* et *t* in II 23 *peremtam*. — aliquoties etiam litterae confunduntur; scribitur u. g. *a* pro *e*: II 13 *carnis*. — *e* pro *i*: II 22 *tremet*, II 32 *suscepit*. — *m* pro *n*: I 72 *carmenque*. — *t* pro *c*: III 17 *et quis*. — abbreuiationes sunt eaedem atque in *Tractatibus mysteriorum*; addimus *nōis* = *nominis*, *paī* = *pater*, *popłs* = *populus*.

De metris hymnorum optime disseruit G. Meyer l. c. 404 sqq. 414 sqq., 418 sqq. cf. etiam *Studien III* 84 sqq. nonnullas peculiaritates metricas maioris momenti adnotauimus in apparatu critico.

Hymni Aretini compluries typis impressi sunt. ac primum quidem Gamurrini a. 1887 eos uulgauit in *Biblioteca dell' Academia storico-giuridica* IV (28—30). nonnulli huius primae editionis errores emendati sunt a Guidone Dreves, qui usus est noua collatione ab I. Gamurrini sibi missa et bis textum edidit (*Zeitschrift für kath. Theologie* XII [1888] 358—368 et *Analecta hymnica* L [1907] 3—9). textum emendatiorem curauit etiam A. I. Mason usus noua collatione ab A. S. Walpole facta in *The Journal of Theological Studies* V (1904) 636. optime meritus est de textu recensendo G. Meyer, qui multum de tribus hymnis disseruit in *Nachrichten von der k. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philos.-hist. Klasse* 1909, 373—433. textum Meyeri paucis mutatum receperunt etiam I. Lietzmann, *Lateinische altkirchliche Poesie* (1910) 3—7 et U. Buzna l. c. 38 sqq. tabulas photographicas hymnorum mihi suppeditauit Gamurrini.

2. Hymnus *Hymnum dicat* a non paucis uiris doctis Hilario Pictauiensi tribuitur. rationes autem, quae hanc opinionem suadent, etsi non plane comprobant, exposuimus in *Studien III* 75 sqq. hic liceat codices enumerare, qui hymnum continent[1].

1. Cod. Taurinensis F. IV. 1 (= T), saec. VII, litteris hibernicis scriptus[2]. extremitates foliorum, quibus traditur hymnus

[1] Cf. etiam *Studien III* 68 sqq. [2] cf. G. Meyer, *Das Turiner Bruchstück der ältesten irischen Liturgie* in *Nachrichten von der k. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Phil.-hist. Klasse* 1903, 163—214.

(f. 3—5), temporum iniuria multum corrosae uel abscissae sunt. textum hymni in T traditum accurate repraesentat G. Meyer, qui ipse contulit codicem et textum postea opera uirorum doctorum Carfa et Frati denuo conferendum curauit, l. c. p. 189—196, unde etiam nos lectiones uariantes desumpsimus.

2. Cod. Ambrosianus C. 5 inf. (= A), fol. 36, saec. VII, litteris hibernicis exaratus (Antiphonarium Benchorense)[1]. hymnus (*Ymnum S. Hilarii de Christo*) inuenitur f. 3r—4v; non paucae particulae foliorum nunc deperditae sunt. tabulas photographicas totius codicis praebet Warren IV.

3. Cod. Sangallensis 2 (= S), pag. 568, saec. VIII. codex exaratus est diuersis manibus; hymnum, qui habetur p. 558—561, conscripsit Winitharius monachus Sangallensis. contuli ipse.

4. Cod. Gothanus I. 75 (= G), saec. VIII. hymni nostri conseruati sunt tantum uersus 1—5 priores in f. 23r. lectiones uariantes suppeditauit Clemens Blume S. I.

5. Cod. Cantabrigiensis Ll. I. 10 (= C), saec. IX in[2]. cod. C constat tribus disparibus libris, saec. XVIII in unum uolumen conglutinatis. hymnus noster (*Ymnum super euangelium Christi*) exstat in secunda parte i. e. in libro, qui dicitur *Aedelualdi episcopi Etoceti* (Lichfield), f. 84r—85v. textum accuratissime transcriptum inuenies in editione Kuypersiana, ex qua lectiones uariantes sumpsimus.

6. Cod. Sangallensis 577 (= L), pag. 754, saec. IX/X. hymnus traditur p. 158—161. inspexi codicem ipse.

7. Cod. Dublinensis Collegii Trinitatis E. 4. 2 (= D), fol. 34, saec. XI. hic liber continet complures hymnos et orationes sermone latino uel hibernico scriptas. textum hymni recensitum praecipue secundum codices D et F (u. n. 9) praebent Bernard et Atkinson (*The Irish Liber hymnorum* I [1898] 36—42); priorem partem hymni in D f. 7r—8r traditi exhibet etiam imago photographica I illius operis uolumini alteri addita.

[1] Cf. F. E. Warren, *The antiphonary of Bangor* = *Henry Bradshaw Society* IV (1893) et X (1895) et G. Meyer l. c. 167—171. [2] cf. A. B. Kuypers, *The Prayer Book of Aedeluald the Bishop*, Cambridge 1902, IX sq.

8. Cod. Dublinensis Conuentus Franciscanorum (= F), fol. 23, saec. XI ex. uel saec. XII in. qui liber codici D ualde affinis est, eum autem ex D descriptum esse negandum est.

9. Cod. Parisinus 9488 (= P), saec. XI[1]. constat nonnullis fragmentis liturgicis scriptura hibernica exaratis, quae de inuolucris librorum soluta anno 1817 in unum uolumen coniuncta sunt. hymnus noster habetur f. 75 sq. uariantes lectiones plurimas collegit H. M. Bannister l. c. p. 423 sq. praeterea mihi praesto erant imagines photographicae.

10. Cod. Bruxellensis 3132 (207—8) (= X), fol. 271, saec. XIII (Passionale)[2]. hymnus insequitur in X epistulam ad Abram, quam praecedit uita Hilarii. codicem contulit Hippolytus Delehaye S. I.

11. Cassander, qui primus hymnum edidit, usus est codice, qui hodie desideratur[3]. de quo codice ipse in *Epistula introductoria* ad *Hymnos ecclesiasticos*, scripta Coloniae Agrippinae postridie Kal. Mart. 1556, haec uberius enarrat: *cum superiori aestate in Flandria commorantes in uetustissimum uolumen inciderimus, quod praeter regulam beati Benedicti et epistolas aliquot Theodemaris abbatis monasterii S. Benedicti in Casino monte ad explicationem regulae pertinentes etiam libellum hymnorum continebat: ex quo non solum aliquos ex uulgatis nostris hymnis recognouimus, uerum etiam nonnullos hymnos uulgo ignotos, sed tamen uenustate et uetustate iis, qui extant, pares adiecimus*[4]. Cassandri igitur lectiones propter huius libri, si Cassandro fides habenda est, uetustatem non spernendas esse putauimus.

Hi libri manu scripti differunt inter se non paucis lectionibus, ita ut affinitas proxima minime statui possit, nisi excipias codices L et X, quorum posteriorem ex priore fluxisse pro certo habemus. praeterea id affirmare licet magis inter se affines esse T et A, T et P, D et F et complura menda, quae omnibus libris communia sunt, iam in archetypo eorum, id est in aliquo codice ante saec. VIII uel VII scripto, fuisse. ad quae menda pertinent u. g. uerba immutata u. 58 *ianuis clausis* pro *clausis ianuis*, uersus 25—26, 67—72 interpolati, forte u. 37 *negandum* (ita codd. praeter *negatum* S *necandum* D F). de editoribus hymni u. *Studien III* 72, de forma metrica ib. 72 sqq.

[1] Cf. H. M. Bannister, *Liturgical Fragments* in *The Journal of Theological Studies* IX (1908) 398—411. 422—424. [2] cf. *Catalogue des Mss de la Bibliothèque Royale de Belgique* V 60—73. [3] *Opera, quae reperiri potuerunt omnia* (1616) p. 188. [4] l. c. 149.

V.

FRAGMENTA MINORA.

1. Ex *Libro contra Constantium.* — 2. Ex *Tractatibus in Iob.* — 3. Ex *Commentario in Matthaeum.* — 4. De *Expositione epistulae ad Timotheum.* — 5. Ex opere incerto.

1. In opere, quod inscribi solet *Conflictus Arnobii catholici et Serapionis* (LIII 239 M), commemorantur aliqua uerba Hilarii, quae Coelestinus I in concilio anno 430 Romae habito laudasse dicitur (inc.: *Filius dei, factus homo;* expl.: *quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris*). hoc autem fragmentum a Coelestino hisce uerbis Hilario ascribitur: *Hilarius quoque uir acris ingenii scribens ad Constantium imperatorem — inquit.* in *Studien I* 138 iam monuimus inscriptionem libri Hilariani contra Constantium in codicibus non uniformem esse, cum liber dicatur modo *ad Constantium* (*Constantinum*), modo *in Constantium*, modo *contra Constantium; ad Constantium imperatorem* dicitur liber (uel '*epistula*') in codd. Turonensi 313 saec. X, Monacensi 6311 saec. X, Parisino Nouv. acq. 1454 saec. X (in subscriptione), Salisburgensi S. Petri a. XI. 2 saec. XI/XII etc. unde concludere licet etiam uerba illa a Coelestino laudata deprompta esse ex *Libro c. Constantium* idque eo magis, quod ex capite 27 huius libri effici uidetur ei nonnulla documenta, saltem fidem Nicaenam seu expositionem huius fidei, inserta fuisse. tali autem expositioni illa uerba plane congruunt, quae etiam ipsa ab Hilarii ingenio non aliena esse facile quis intelleget, si ea comparauerit cum Hilario de trin. IX 5 et in ps. 143, 7[1].

Codices, quorum lectiones uariantes in textu recensendo adhibui, sunt hi: cod. B a r b e r i n i a n u s 505 (= B) saec. IX; cod. P a r i s i n u s 12269 (= P) saec. IX; cod. A u g u s t a n u s 13 (= A) saec. IX; cod. U a t i c a n u s Reg. 238 (= R) saec. IX/X; cod. A b r i n c e n s i s 72 (= F) saec. XI/XII; cod. C a r n o t e n s i s 88 (= C) saec. XII; cod. S a r i s b e r i e n s i s 61 (= S) saec. XII. imagines photographicas codicum B et R suppeditauit Fr. Ehrle S. I., lectiones uariantes ceterorum codicum Ioh. Scharnagl.

2. Hilarium Pictauiensem scripsisse *Tractatus in Iob* testatur Hieronymus (de uiris inl. 100) addens eum hos *Tractatus* de graeco Origenis ad sensum transtulisse. deinde in *Apologia aduersus libros Rufini* I 2 (XXIII 399 M) laudat Hilarium ut exemplar interpretis

[1] De fragmento cf. etiam A. Wilmart in *Revue Bénéd.* XXIV (1907) 149.

dicens eum quadraginta ferme milia uersuum Origenis in Iob et psalmos transtulisse. idem Hieronymus in epistula (57) ad Pammachium (CSEL LIV 512) illos *Tractatus in Iob* uocat *Homilias in Iob*. an Licinianus, episcopus Carthaginis Nouae, qui circa finem saeculi VI homilias Hilarii ut *libellos sex sancti Hilarii episcopi Pictauiensis, quos de graeco Origenis in latinum uertit*, commemorat[1], illas genuinas homilias in manibus habuerit, non liquet; uidetur potius deceptus esse adulterinis homiliis, de quibus u. *Studien III* 96.

Duo illa priora fragmenta, quae repraesentamus infra p. 229 sq., excerpta esse ex genuinis *Tractatibus in Iob* testatur Augustinus in *Libris c. Iulianum* II 8 (27) et in *Libro de natura et gratia* 62 (72); prius enim fragmentum dicit desumptum esse ex *quadam homilia Hilarii de libro sancti Iob* (cf. infra p. 229, 4), alterum uero, quod idem manifesto ex tractatu quodam in Iob scripto deriuatum est, diserte tribuit Hilario (cf. infra p. 230 n. 14). in duobus autem illis fragmentis nihil inuenitur, quod cum sermone et stilo Hilarii non concordet. immo sententia illa prioris fragmenti de *generositate primae creationis in Adae offensa amissa et rursum obtenta* saepius apud eum inuenitur, uelut in *Commentario in Matth.* 8, 5. 10, 4 etc. de codicibus a nobis adhibitis cf. infra p. 229.

Tertium quoque fragmentum, quod infra p. 231 damus et quod actis (cap. 10) synodi quartae Toletanae anni 633 traditum est, ex *Tractatibus in Iob* excerptum esse iam suspicatus est Coustantius nixus Ambrosio (?) de sacr. V 25, qui simili ratione atque Hilarius locum Lucae (11, 3) coniungit cum sacrificio sancti Iob: *qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. quomodo Iob sanctus pro filiis suis offerebat quotidie sacrificium* etc.

Acta synodi Toletanae tradita sunt aliquibus collectionibus canonum, quas uocant Hispanam, collectionem cod. Nouariensis, collectionem cod. S. Amandi[2]. ad textum recensendum collati sunt libri hi: ex collectione Hispana cod. U i n d o b o n e n s i s 411 (= U) saec. X (f. 118^v); cod. E s c u r i a l e n s i s d. I. 1 (= E^1) saec. X ex. (f. 142^v); cod. E s c u r i a l e n s i s d. I. 2 (= E^2) saec. X (f. 154); cod. U a t i c a n u s Palatinus 575 (= R) saec. X (f. 17^r); cod. M a t r i t e n s i s P. 21 (ol. Toletanus) (= M) saec. X/XI (f. 147); ex collectione codicis S. Amandi cod. P a r i s i n u s 3846 (ol. S. Amandi) (= P) saec. IX (f. 203^v); cod. P a r i s i n u s 1455

[1] M LXXII 692. [2] cf. Fr. Maassen, *Geschichte der Quellen* etc. I 667 sqq. 717 sqq.

(= N) saec. X (f. 139ᵛ sq.). collationem cod. V suppeditauit H. M. Bannister, cod. W Zach. Garcia Villada S. I., cod. E et S. Guil. Antolin, praefectus bibliothecae Escurialensis, cod. M Marc. Menendez y Pelayo, tunc praepositus bibliothecae Matritensis, cod. P et N P. Rousselot.

3. Tria illa fragmenta Hilariana, quae Cassianus in opere *Contra Nestorium* VII 24 (CSEL XVII 383, 1—8) tradidit, sunt excerpta ex *Prooemio expositionis euangelii secundum Matthaeum* nunc deperdito. pertinent igitur ad *Commentarium in Matthaeum*. eorum autem textum pariter atque textum fragmentorum sub n. 1 laudatorum repraesentamus etiam in nostra editione p. 232 secuti hac in re exemplum Petri Coustantii.

4. Fragmentum de *Expositione epistulae ad Timotheum* (infra p. 233) Hilarii nomine traditum laudatur in canone tertio decimo synodi Hispalensis II, quae die 13 nouembris anno 619 praesidente Isidoro episcopo Hispalensi habita est. illud autem fragmentum Hilarii nostri esse recte iudicat Coustantius dicens neminem ambigere, qui in ipsius lectione prorsus peregrinus non sit aut etiam qui cum illis uerbis alia ipsius uerba de trin. X 66 comparauerit. Hilarium uero epistulas Paulinas exposuisse aut de eis homilias conscripsisse confirmant uaria testimonia, de quibus u. *Studien III* 93 sq. fragmentum iisdem codicibus traditum est atque fragmentum *Tractatuum in Iob* tertium et quidem in U f. 200ᵛ, in E¹ f. 209ᵛ, in E² f. 225ᵛ, in R f. 157ᵛ, in M f. 243, in P f. 252ᵛ, in N f. 182ᵛ sq.

5. In *Libris contra Iulianum* I 3 (9) laudat Augustinus uerba aliqua Hilarii, quae unde desumpserit, non indicat praemisso tantum hoc elogio auctoris: *ecclesiae catholicae aduersus hereticos acerrimum defensorem uenerandum quis ignoret Hilarium episcopum Gallum? qui cum de Christi carne ageret, attende quid dixerit.* Hilarium autem Pictauiensem ab Augustino celebrari patet ex eo, quod simul commemorantur eiusdem Hilarii uerba ex *Tractatibus super psalmos* exscripta. iuuat praeterea conferre illud fragmentum cum Hilario de trin. X 25. idem fragmentum designat Augustinus etiam in *Libris contra Iulianum* I 7 (32) et II 4 (8) (cf. p. 234 n. 1). uerbis autem Augustini *qui cum de Christi carne ageret* non librum aliquem indicari, cui titulus *De carne Christi* fuerit, sed lectorem tantum admoneri Hilario eo loco de carnis Christi praerogatiua esse sermonem animaduertit recte Coustantius. libris manu scriptis usi sumus iisdem atque in fragmento *Tractatuum in Iob* primo.

VI.
SPURIA.

1. De *Epistula ad Abram filiam*. — 2. De hymno *Lucis largitor*. — 3. De hymno *Ad caeli clara*.

1. *Incipit epistula sancti Hilarii episcopi ad filiam suam Abram* uel similiter inscripta continetur in multis codicibus uitarum Sanctorum epistula quaedam *Accepi*, quam Hilarium episcopum exsulem ad Abram suam filiam scripsisse plerique putant. adnexa est haec epistula saepissime uitae Hilarii a Fortunato compositae. aliqui autem codices, uelut cod. Parisinus Nouv. acq. 1455 saec. XI, cod. Parisinus 2403 saec. XII, cod. Guelferbytanus 2934 saec. XIII/XIV, cod. Parisinus 2565 saec. XIV tradunt epistulam sine uita. inuenimus epistulam etiam in quibusdam libris opera Hilariana continentibus. ad textum restituendum collati sunt libri hi (cf. *Studien III* 42 sqq.):

1. Cod. Sangallensis 567 (= A), pag. 200, saec. VIII/IX[1]. epistula sequitur uitam Hilarii p. 128—133: *INCIBIT EPLĀ SC̄I HILARII EPĪ. AD FILIAM SUAM ABRAM.*

2. Cod. Sangallensis 577 (= B), pag. 754, saec. IX/X. epistula habetur p. 155 sqq. post uitam Hilarii eodem titulo inscripta atque in cod. A. in Fortunati editione p. VIII statuerat Krusch librarium cod. B uitam Hilarii ex A descripsisse. idem dicendum est de epistula *Accepi*. ac primum quidem omittit B uerba, quae in A totam unam lineam explent: 239, 16 *non usu atteritur, non sorde afficitur, non ui scinditur*. habentur deinde in A et B (sicuti etiam in cod. C apographo codicis B) aliquae lectiones uariantes, quae in aliis libris non inueniuntur, uelut 237, 4. 238, 13. 239, 4. 240, 5. 9. 241, 7. 10. 11. 242, 14. 243, 12. interpunctio denique est fere eadem in utroque codice. ex eo autem, quod correcturae codicis A in B iam in ipsum textum receptae sunt, conficitur codicem B ex cod. A descriptum esse, postquam hic correctus erat.

3. Cod. Bruxellensis 3183 (7666—71) (= C), fol. 149, saec. X[2]. traditur epistula f. 112—114 post uitam Hilarii: *Epistola beati Ilarii quam misit Abrae filiae suae*. sicut uita Hilarii (cf. Krusch l. c.), ita etiam epistula *Accepi* descripta est ex cod. B.

[1] Cf. B. Krusch M G h, Auct. ant. IV 2 p. VII sq. [2] cf. Krusch M G h, Script. rer. Merou. I 464—466; *Catalogus codicum hagiogr. lat. bibliothecae reg. Bruxellensis* II 124—126.

4. Cod. Rotomagensis 758 (Jumièges) (= D), fol. 65, saec. X. *Epistola sancti Hilarii episcopi ad filiam suam Abram* traditur f. 62 sq. de orthographia huius codicis u. *Studien III* 43.

5. Cod. Casinensis 139 (= E^1), pag. 732, saec. XI[1]. *Epistola sancti Ylarii ad Apram filiam suam ab exilio destinata* sequitur uitam Hilarii p. 713.

6. Cod. Casinensis 144 (= E^2), pag. 552, saec. XI. traditur *Epistola sancti Hilarii ad Apram filiam suam ab exilio destinatam* (sic) p. 360.

7. Cod. Casinensis 145 (= E^3), pag. 553, saec. XI. epistula habetur p. 226 post uitam Hilarii pari modo inscripta atque in E^2. codd. E^1 E^2 E^3 intime inter se cohaerent et ad eundem archetypum proxime referendi sunt; lectiones eorum concordantes signamus littera E.

8. Cod. Uallicellianus Tom. V (= Φ), fol. 236, saec. XI[2]. epistula exhibetur f. 98 sq.: *Item epła sc̄i hilarii.* lectiones autem codicis Φ, qui multa menda et correcturas arbitrarias continet, non nisi caute adhibendas esse monemus.

9. Cod. Uaticanus Ottobonianus 120 (ol. P. Petauii) (= F), fol. 202, saec. XI ex[3]. epistula traditur f. 81^v—82^v.

10. Cod. Salisburgensis S. Petri a. XI. 2 (= J) saec. XI/XII (cf. supra p. LXV). epistula habetur p. 280—282: *Ep̄la hylarii ep̄i ad filiam suam afram.*

11. Cod. Bruxellensis 3223 (9290, S. Laurentii in Leodio) (= G) fol. 183, saec. XII[4]. *Epistola sancti Hilarii ad filiam suam Apram* repraesentatur post uitam Hilarii f. 43 sq.

12. Cod. Einsidlensis 249 (= H), pag. 476, saec. XII. *Epistola beati Hilarii episcopi ad filiam suam Apram* traditur p. 119—204.

13. Cod. Monacensis 2555 (Ald. 25) (= M), fol. 105, saec. XII. epistula inuenitur f. 61^v.

14. Cod. Monacensis 17137 (Scheftlarn. 137) (= N), fol. 191, saec. XII. epistula sequitur uitam Hilarii f. 42^v—43^r.

15. Cod. Monacensis 21528 (Weihenstef. 28) (= O), fol. 121, saec. XII (Opera Hilarii). epistula habetur sine titulo f. 2^v—3^v;

[1] Cf. de codicibus Casinensibus *Bibliotheca Casin.* III (1887) 253 sqq. 282 sqq. 287 sqq. [2] cf. A. Poncelet, *Catalogus codicum hagiogr. lat. bibliothecarum Romanarum* (1909) 306 sqq. [3] cf. Poncelet l. c. 415 sqq. [4] cf. *Catal. codicum hagiogr. lat. biblioth. reg. Bruxellensis* II 282—309.

sed in indice f. 1^{v} indicatur his uerbis: *Item epistola s. hylarii ad karissimam filiam affram.*

16. Cod. Uaticanus 1193 (= U), fol. 178, saec. XII[1]. epistula, cuius tantum prior pars conseruata est, sequitur post uitam Hilarii f. 6: *Epła hylarii ad apram filiam suam.*

17. Cod. Uindobonensis 684 (= W), fol. 144, saec. XII (Opera Hilarii). epistula traditur f. 1^{v}—2^{v}: *Epistola Hylarii episcopi ad filiam suam Abram.*

18. Cod. Zwettlensis 33 (= L), fol. 243, saec. XII (Opera Hilarii f. 122—242^{v}). *Epistola Hylarii ad filiam suam Afram* habetur f. 122^{v}—123^{v}.

Ex his libris contuli ipse ABMNOWL, imagines photographicas adhibui codicum ΦFJHU (imagines codd. J et H suppeditauit Ios. Braun S. I.), codicem C contulit Hipp. Delehaye S. I., cod. D Henr. Loriquet, praefectus bibliothecae Rotomagensis, codd. $E^1E^2E^3$ Br. Albers O. S. B., cod. G Henr. Brewer S. I. de aliis libris manu scriptis, qui continent epistulam *Accepi*, u. *Studien III* 45 sq.; de codicibus, quibus Coustantius usus est, cf. ib. 46; de formis nominis filiae Hilarii, quae in codicibus occurrunt, u. ib. 46 sq.

Supra iam diximus codicem B descriptum esse ex cod. A, C ex B et $E^1E^2E^3$ ad eundem archetypum referri nosque signasse lectiones concordantes codicum ABC littera α et lectiones concordantes codicum Casinensium littera E. haec familia E habet praeterea affinitatem peculiarem cum libris italicis Φ et U, ita ut, quamuis inter se non paulum differant, tamen ad communem archetypum redeant. ita legunt EΦU 237, 5 *in praesentiarum* (*impraesentiarum* E) pro *praesentia eorum*, 239, 7 *liquidat* (*liquidatur* U) pro *liuidatur*, 239, 1 omittunt uerba *uti et hac margarita ornari*, 239, 16 omittunt uerba *non sorde inficitur, non ui scinditur.* ex altera autem parte Φ et U non paucis differunt ab E, cum iisdem inter se conueniant, ita ut Φ et U artius inter se cohaerere uideantur. α et D haud raro quidem discrepant, aliis tamen lectionibus contra ceteros codices concordant; legunt exempli causa 239, 6 *nigrescebunt* (*nicriscibunt* D), ubi FGMμ habent *nigrescent* et EHΦU *nigrescunt;* legunt recte 241, 3 *serio habitu*, cum alii codices habeant *serico habitu;* contra falso legunt cum Φ 241, 6 *puram ipsa* (*ipsā* αΦ) pro

[1] Cf. Poncelet l. c. 653 sqq.

purpura ipsa. codices porro JLNOW pertinent ad eandem familiam, quam signauimus littera μ. codicem J in ipsa Gallia uel secundum archetypum gallicum scriptum esse iam supra p. LXVI indicauimus. huic codici J ualde affinis est cod. L. codices autem NOW, inter quos maxime concordant O et W, uidentur esse exarati secundum exemplar typi J. M multas quidem lectiones communes habet cum familia μ (cf. 237, 8. 239, 7. 16. 240, 11. 241, 4 etc.), sed cum M et μ aliis lectionibus differant, librarium codicis M etiam alia exemplaria epistulae in manibus habuisse manifestum est. notandum denique est codices F et G artius inter se cohaerere; neque uero uidetur cod. G ex uetustiore cod. F descriptus esse, cum codices ambo compluribus lectionibus discrepent; cf. 238, 10 *inter haec*] G *in terram* F (*in terra* E Φ), 238, 12 *gemescens*] *gemiscens* F *ingemiscens* G cum HM, 239, 5 *spartum erat*] *parte humerat* F *sparteum erat* G, 242, 10 *facias*] F *afficias* G.

Omnibus lectionibus uariantibus consideratis textum epistulae melius prae ceteris seruatum esse putamus in αDFGH; quare hi libri in recensendo nouo textu magis consulendi sunt. quoniam autem familia α iis locis, quibus a cunctis ceteris codicibus ex uariis regionibus oriundis discrepat, lectiones arbitrarias exhibere uidetur, has lectiones sperni posse censemus (cf. supra p. LXXVIII). stemma codicum delineatum exhibuimus in *Studien III* 49.

Uulgata est epistula in his e d i t i o n i b u s operum Hilarii: in Parisiensi anni 1510 p. XCVII sq., in editionibus Erasmi I (Basileae 1523) 322—325, I (1535) 320—322, Lypsii (Basileae 1550) 337 sq., Gillotii (in Praefatione, Parisiis 1572, Coloniae Agrippinae 1617, Parisiis 1605, 1652), Coustantii (Parisiis 1693) 1209—1212, Scipionis Maffei II (Ueronae 1730) 525—528, Uenetae II (1750) 412—415, Wirceburgensis IV (1788) 3—7, Mignianae X 549—552. in editione principe Parisiensi anni 1510 epistula uulgata est, ut indicat in Praefatione Robertus Fortunatus Maclouiensis, a Guilelmo Paruo secundum codicem monasterii Dibionensis S. Benigni. reliqui editores ante Coustantium receperunt hunc textum nihil fere immutantes, Coustantii autem textum suum fecerunt editores posteriores.

Primus, qui epistulam ad Abram scriptam pro a d u l t e r i n a habebat, fuit Erasmus; in sua enim editione uocat eam *merum nugamentum hominis otiose indocti.* Gillotius autem epistulam a Fortunato confictam esse putabat; enarrat enim Fortunatus in uita S. Hilarii a se composita illam epistulam manu propria Hilarii sub-

scriptam sua aetate Pictauis pro munere conseruari[1]. at Fortunato, qui epistulae se non auctorem, sed testem faciat, fidem non detrectandam esse censet cum aliis Coustantius addens longe minus ueritati consentaneum esse eum, cum genuinam Hilarii epistulam prae manibus haberet, ea suppressa adulterinam supposuisse; nihil autem in illa epistula aduerti pio ac prudente indignum parente, qui carissimam filiam simul et puellam tenerrimam uerbis ad ipsius captum accommodatis a saeculi uanitate auocet, ut eam caelesti sponso bonisque melioribus praeparet.

Rationes autem a Coustantio allatae nobis persuadere nequeunt, immo cum Huberto Reinkens[2] aliisque litteras illas genuinas esse negamus. ac primum quidem stilus epistulae totus discrepat a stilo Hilariano. sermo enim epistulae rudis idemque puerilis est, sententiis inanis et ieiunus. saepe eaedem sententiae et uerba redeunt; sit unum tantum exemplum: *hanc uestem* 238, 10. 14. 239, 13, *hac ueste* 239, 1, *uestem hanc* 239, 2, *hanc primum uestem* 239, 3, *haec uestis* 239, 15, *uestis haec* 239, 15. sententiae deinde saepe sine ullis coniunctionibus conectuntur; cf. u. g. 237, 4. 238, 8. 240, 11. 243, 3. minime porro ueri simile est Abram filiam — si re uera Hilarius ante episcopatum matrimonio iunctus fuit — eo tempore, quo pater epistulam complures iam annos in exsilio degens (c. a. 359) scripsisse fingitur, tam tenera aetate fuisse, ut supponitur in epistula. ex summa autem, quam Fortunatus l. c. ex epistula illa Pictauiensi exprimit — si eius uerbis fides habenda est —, hanc epistulam aliam fuisse suspicamur quam quae nobis tradita est; dicit enim Fortunatus Hilarium indicasse filiae se talem ei sponsum prouidisse, *cuius nobilitas caelos ascenderet, pulchritudo rosarum et lilii comparationem praecederet, oculi gemmarum lumina luminarent, uestis candorem niuis opprimeret, ornamenta inaestimabili fulgore uernarent, diuitiae intra se regna concluderent, sapientia incomprehensibilis emineret, dulcedo faui mella postponeret, pudicitia incontaminata persisteret, odor suauitate flagraret, thesauri sine defectione constarent.* propterea monere se Abram, ut nulli se coniungeret, sed ut patrem et sponsum pariter uenturum exspectaret. hoc igitur argumentum epistulae Hilarianae Pictauis conseruatae, quod Fortunatus nobis reliquit — siue illa epistula fuit genuina siue non fuit — auctori cuidam ansam praebuisse uidetur ad epistulam *Accepi*

[1] c. 6 M G h, Auct. antiq. IV 2 p. 3. [2] *Hilarius von Poitiers* 227—233.

componendam et Hilario attribuendam. nec tamen multum contradicere uelimus, si quis putet Fortunatum in describenda epistula Hilariana ipsas spurias litteras *Accepi* prae manibus habuisse et ita ipsum deceptum esse.

2. In epistula ad Abram spuria Hilarius promiserat se hymnum matutinum pariterque serotinum ipsi missurum esse (cf. infra p. 243, 15). epistulae igitur illi adulterinae re uera duo tales hymni adnexi fuisse uidentur. hos autem hymnos ex suo pristino loco mox excidisse inde concludere licet, quod desunt in uetustissimis libris, qui tradunt epistulam *Accepi*, sc. in cod. Sangallensi 567 saec. VIII/IX et in cod. Rotomagensi 758 saec. X; desiderantur hymni etiam in compluribus libris saec. XI, uelut in codicibus Rotomagensi 1400, Casinensibus 139. 144. 145, Spinaliensi 67, Montepessulano (Ecole de Médecine) 48; pariter desunt in multis libris aetatis posterioris.

Sed iam a saeculo XI inuenimus cum ipsa epistula coniunctum hymnum quendam matutinum *Lucis largitor*, uelut in codicibus Trecensi 1171 et Salisburgensi S. Petri a. XI. 2 atque in plurimis libris saeculorum XII et insequentium. aliquoties autem in eius locum alius hymnus suppositus est, ut in cod. Sangallensi 577 saec. IX/X et in cod. Bruxellensi 3132 (206—8) saec. XII hymnus *Hymnum dicat turba fratrum*, in cod. Trecensi 852 saec. XII/XIII et in cod. Parisino 2565 saec. XIV hymnus *Iubilus rythmicus de nomine Iesu 'Dulcis Ihesu memoria'*, in cod. Trecensi 2269 saec. XII *Ymnus de paradiso 'Ciues celestis patriae regi regum concinentes'*. nomine ipsius Hilarii inscriptus habetur hymnus *Lucis largitor* primum in cod. Leidensi 100 saec. X/XI, qui tradit eum inscriptum *Hymnus de sancto Hylario.*

Hymnum autem hunc minime Hilario ascribi posse, sed saeculo V cum aliis quibusdam hymnis in usum liturgicum compositum esse uberrime et diserte ostendit Cl. Blume[1]. codices, quos adhibuimus in textu recensendo, enumeratos habes infra p. 245. addimus id tantum hymnum in cod. A postea manu quadam saec. X exeuntis uel XI ineuntis simul cum alio hymno adiectum esse praefixa inscriptione *Hymni de pio Hilario pontifice* et similiter in cod. N postea manu saec. XI adiunctum esse sine titulo. ex libris manu scriptis contuli ipse JEM¹M²M³M⁴UL, uariantes lectiones codicum A et

[1] *Der Cursus S. Benedicti Nursini und die liturgischen Hymnen des 6. bis 9. Jahrhunderts in ihrer Beziehung zu den Sonntags- und Ferialhymnen unseres Breviers* (1908) 83 sqq.

T suppeditauit Cl. Blume, cod. D H. Loriquet, cod. B H. Brewer. alios codices u. *Studien III* 58, editores u. apud U. Chevalier, *Repertorium hymnologicum* II (1897) n. 10701; quibus addendus est Cl. Blume (*Analecta hymnica* LI 9).

3. Hymnum *Ad caeli clara* esse hymnum serotinum, de quo est sermo in epistula *Accepi*, arbitratus est Coustantius, quoniam hymnus in cod. Uaticano Ottoboniano 757 saec. XIV una cum hymno *Lucis largitor* tradatur. Hilario diserte ascribitur hymnus in cod. Salisburgensi S. Petri a. XI. 2 saec. XI/XII et in cod. Bernensi 100 saec. XII hisce uerbis: *Uersus sancti Hylarii episcopi, almi confessoris, quos composuit in nouissimis diebus suis flendo atque fideliter penitendo peccata sua.*

Hunc autem hymnum non esse serotinum illum hymnum, quem Hilarius suae ad Abram epistulae addidisse fertur — supposito hoc facto, non concesso — conficitur non solum eo, quod hymnus in paucis tantum recentioribus libris Hilario tribuitur et omnino deest in plerisque codicibus illam epistulam continentibus, sed etiam, quod hymnus auctoris innumera uitae suae peccata confitentis minime conueniens erat filiae adulescentulae stilusque et sermo leuis hymni differt multum a sermone graui Hilariano et quod eius strophae sapphicae formatae sunt secundum accentum uocabulorum, non secundum quantitatem, ut Hilarii hymni genuini. hymnum autem non ante finem saec. IV compositum esse patere putamus ex u. 66, quo *redemptor mundi* dicitur *aequalis patri sanctoque spiritui.* G. Dreves[1], nixus imprimis similitudine, quae intercedit inter stropham 14 hymni praesentis et stropham 2 hymni Paulini Aquileiensis, cui titulus *In resurrectione domini*[2], secutus est opinionem Madrisii, qui etiam nostrum hymnum huic poetae attribuit[3]. quae similitudo etsi illam opinionem probabilem reddit, tamen etiam eo explicari potest, quod auctor alter alterum illis uersibus imitatus est. textui recensendo inseruierunt codices hi:

1. Cod. Caroliruhanus 36 (Augiensis CXCV) (= C), fol. 47, saec. IX in[4]. in quo libro continentur *Tres libri soliloquiorum Augustini* et nonnulli hymni. hymnus *Ad caeli clara* est inscriptus: *De lamentatione cuiusdam* f. 46v.

[1] *Analecta hymnica* L 148—151. [2] apud Dreves l. c. L n. 4; cf. *Studien III* 63. [3] *Paulini Opera* CIC 501 M. [4] cf. A. Holder, *Die Handschriften der Hof- und Landesbibliothek in Karlsruhe* V (1906) 438—444.

2. Cod. B e r n e n s i s 455 (= B), fol. 44, saec. X (Carmina). hymnus, cuius prima stropha neumatibus exornata est, traditur f. 41: *Uersus de penitentia.*

3. Cod. M o n a c e n s i s 27305 (S. Mariae et Corbiniani Frising.) (= M), pag. 261, saec. X (Uaria)[1]. hymnus traditur p. 233—235.

4. Cod. P a r i s i n u s 1154 (Martialis Lemouicensis) (= P), fol. 145, saec. X (Uaria). hymnus traditur f. 99^v: *Uersus confessionis de luctu poenitentiae.*

5. Cod. C l a r o m o n t a n u s 240 (189) (= T), fol. 253, saec. X/XI (Glossarium). hymnus habetur f. 117.

6. Cod. S a l i s b u r g e n s i s S. Petri a.XI. 2 (= J), cf. supra p. LXV. hymnus inuenitur p. 277 sq. de inscriptione cf. supra p. LXXXIV.

7. Cod. B e r n e n s i s 100 (= O), fol. 94, saec. XII (Opera Hilarii, cf. supra p. LXVI); hymnus habetur ultimo folio, cf. supra p. LXXXIV.

Pitra edidit in *Analectis sacris* V (1888) 138 sq. hymnum secundum cod. Uaticanum Ottobonianum 757 saec. XIV, in quo hymnus insequitur hymnum *Lucis largitor* f. 142^v, et secundum cod. Mellicensem XII. 6 p. 277. talem autem codicem in monasterio Mellicensi non exstare litteris nobiscum communicauit Benedictus Hammerl O. S. B., bibliothecae praefectus. quare suspicati sumus illum codicem Mellicensem cardinalis Pitrae esse eundem atque codicem Salisburgensem, id quod confirmatur consensu paginae indicatae et concordantia lectionum uariantium codicis Pitrae et codicis J.

Ex illis libris contuli ipse BMPJO (P et J secundum imagines photographicas), lectiones codicum C et T desumpsi ex editione Ernesti Dümmler.

Ut pauca de a f f i n i t a t e codicum addamus, codices J et O ex eodem archetypo deriuatos esse arbitramur; non paucas enim lectiones communes habent: praemittitur eadem inscriptio, legunt 3 *depressus* pro *depressos*, 14 *uenis* pro *Uenus*, 30 *succenso* pro *succensam*, 41 *me modo* pro *modo me* etc. cum iisdem libris concordant compluribus lectionibus M uel T: 15 *lita*] *lata* MJO, 27 *in sitim*] *in siti* MJO, 34 *cursim*] *cursu* TJO, 50 *quodpiam*] *copia* MTJO, 62 *erui*] *eruere* MJO, monemus denique etiam cod. P saepius conue-

[1] Cf. Rudhart in *Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte* VII (1858) 441—481. [2] cf. E. Dümmler in *Neues Archiv* IV (1879) 114—117.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Locis laudatis adde:

Pag. 4, 11 (cf. Onomast. sacra) 200, 13 etc.
5, 16 cf. Eph. 1, 23 *et* cf. Ioh. 19, 34
6, 2 cf. I Cor. 15, 47
7, 19 cf. Eph. 1, 23
9, 8 (cf. Onomast. sacra) 177, 67 etc.
28, 15 cf. Ioh. 6, 32
37, 27 cf. Phil. 3, 5
162, 26 cf. II Petr. 2, 21
164, 7 cf. Ioh. 14, 26

In textu:

4, 10 ge pyrra *pro* gepyrra *scribendum*
10, 19 etiamsi *pro* etiam si *coniungendum*
50, 25 nec non *pro* necnon *distinguendum*
56, 14 etiamsi *pro* etiam si *coniungendum*
65, 18 *comma post* Oriente *delendum*
97, 18 τινὰ *pro* τινά *scribendum*
130, 6 *comma post* cognoscant *delendum*
143, 3 *adde in mg. ut notam editoris:* Epistula Ualentis et Ursacii ad Iulium (c. 347)

In apparatu critico:

30, 6 est) In *pro* est, In *legendum*
156, 12 LIBERI *A delendum*

I.

TRACTATUS MYSTERIORUM.

INDEX NOTARUM.

A = cod. Aretinus VI 3 s. XI.
B = cod. Casinensis 257 anni 1137 excerpta continens; cf. Praef. I 2.
Gam = editio princeps a I. F. Gamurrini curata, Romae 1887.
Pit = coniecturae I. B. Pitrae (Analecta sacra V [1888] 144—145).
Lin = coniecturae H. Lindemann (Des h. Hilarius von P. lib. mysteriorum [1905] 100—119).
Eng = coniecturae Augusti Engelbrecht per litteras mecum communicatae.
a. c. (*p. c.*) = ante (post) correctionem ipsius manus primae.
fort. = coniecturae editoris dubitanter prolatae.
Studien I, II, III = Feder, Studien zu Hilarius von Poitiers I, II, III (Sitzungsberichte der K. Akad. der Wissensch. in Wien, phil.-hist. Kl., CLXII 4 [1910], CLXVI 5 [1911], CLXIX 5 [1912]).
asteriscis (*) in textu positis indicantur lacunae, in apparatu uero critico positis litterae erasae.
uncinulis ⌊ ⌋ litterae in *A* nunc cum membrana corrosae uel abscissae includuntur.
puncta (....) significant litteras uel abscissas uel euanidas.

S. HILARII EPISCOPI
TRACTATUS MYSTERIORUM.

LIBER PRIMUS.

1. Multiplex •
• •
• •
f. 1r | ipsas illas intellegamus in gestis. illis autem satis est et
aliquam inanis similitudinis speciem coaptasse, cum comparatio
et implenda penitus de consequentibus sit et ex solido de praesen-
tibus expetenda. omne autem opus, quod sacris uoluminibus con- 2
tinetur, aduentum domini nostri Iesu Christi, quo missus a patre
ex uirgine per spiritum homo natus est, et dictis nuntiat et factis
exprimit et confirmat exemplis. namque hic per omne constituti 3
huius saeculi tempus ueris atque absolutis praefigurationibus in
patriarchis ecclesiam aut generat aut abluit aut sanctificat aut
eligit aut discernit aut redimit: somno Adae, Noe diluuio, bene-
dictione Melchisedech, Abrahae iustificatione, ortu Ysahac, Iacob
seruitute. per omne denique tempus uniuersa prophetia, sacramenti 4
molitio, cognitioni adsumendae ab eo carnis indulta est. et quia
hoc libello uisum est ostendere omnem in singulis quibusque et

1 *Scriptoris nomen et operis titulus exstat in subscriptione cod. A ; cf. infra p. 38 et Praef. I 4* 3 *uerba* liber primus *explicite leguntur in A f. 11r; u. infra p. 30 et Praef. I 4* 4 *initium operis in A, quod folium primum deperditum est, desideratur; uox initialis* Multiplex *conseruata est in catalogo manu scripto bibliothecae Casinensis, nunc cod. Uaticano lat. 3961, qui a. 1532 ad Clementem VII papam missus est (Studien III 17); sententiam sic fere expleas:* Multiplex est scripturarum interpretatio*; sequebantur deinde uerba de aliorum interpretum opinionibus ab Hilario dissentientibus et pronomina l. 7* ipsas illas *ad uocem* species *uel simile quid referenda esse uidentur (cf. Praef. I 5)* 7—8 *in duabus prioribus lineis litterae quaedam non nisi difficillime leguntur* 11 qui *Gam Lin* quem *Pit* 16 eligit *Lin* elicit *A Gam* edocet *Pit* redimit.; Somno *A* redimit. Somno *Gam* 19 molitione *uel* meditatione *Pit* 20 omne *Lin*, prophetiam *uel similem uocem addendam esse coni. Gam*

uiris et temporibus et rebus aduentus sui et praedicationis et passionis et resurrectionis et nostrae congregationis tamquam [in] imaginem in speculo praeferri, non transcursim memorabo aliqua, sed suis quibusque temporibus uniuersa tractabo ab Adam, ex quo humani ⌊ge⌋neris scientia permittitur, inchoaturus, ut, quod in domino ⌊con⌋summatum est, iam ab initio mundi in plurimis ⌊prae⌋figuratum esse noscatur.

DE ADAM.

2. Adam ipso nomine natiuitatem domini praeformat; nam secundum linguam Hebraicam 'Adam', quod Graece 'gepyrra', id Latine 'terra flammea' est et scriptura humani corporis carnem
2 'terram' solita est nuncupare. quae per spiritum in domino nata de uirgine, in nouam et alienam a se speciem mutata, conformis effecta est gloriae spiritali [est] secundum apostolum: secundus homo de caelo et Adam caelestis, quia Adam terrestris imago est futuri. tuto ergo auctore tanto etiam Adae nomen non sine aliqua futuri meditatione suscipimus.

3. Sequitur, quod obsopito Adam ex latere eius atque osse Eua | gignitur. quo euigilato prophetia quoque talis consequitur: f. 1r
hoc nunc os de ossibus meis et caro de carne mea. haec uocabitur mulier, quia de uiro suo sumpta est, et erunt duo in carne una. hic nihil mihi laboris est; apostolus enim, cum huius ipsius prophetiae meminisset, ait: hoc mysterium magnum est,
2 ego autem dico in Christo et in ecclesia. sed Adae os tantum detractum legimus; et quomodo dicitur 'caro de carne mea'? referri quidem ad praesentium gestorum fidem res ista poterit, ut, quia os, quod ex latere eius in muliebre corpus

11 cf. Onomast. sacra, ed. de Lagarde[2] 2, 17 13 cf. Phil. 3, 21 14 cf. 1 Cor. 15, 47 15 cf. Rom. 5, 14 18 cf. Gen. 2, 21 sq. 20 Gen. 2, 23 sq. 24 Eph. 5, 32

3 *pr.* in *del. Gam* 8 de adam *in mg. A* 9—14 Adam (enim)—apostolum *traditur etiam in B* 12 nuncupari *AB* spiritum] *add.* sanctum *B* 14 *alt.* est *del. Gam* 15 quia *Eng* qui *A Gam* qui = quo *Lin* cuius *Pit* 21 quia *Gam* qua *A* 22 eṛ *A* eritis *Gam* 24 ait *Eng* ita *A Gam* 28 ista] ita *Gam Lin* ut *del. Lin*

per eum, qui omnia potest, deum carne uestitum sit, quia os ex
carne detractum [est] et rursum carne indutum in corpus extiterit, ut
os ex osse, ita etiam caro sit ex carne. sed dominus in euangeliis,
cum repudio dando a Iudaeis temptatus esset, per se potius
quam per Adam hoc ita dictum fuisse demonstrat dicens: non
legistis, quia, qui fecit ab initio, masculum
et feminam fecit et dixit: propter hoc dimittet
homo patrem et matrem et erunt duo
in carne una? hoc enim post id, quod dictum est caro
de carne mea, sequitur. ergo rem, quae in Adam perficiebatur, 3
consecuta est prophetia. cum enim haec dominus, qui fecit
masculum et femi⌊nam⌋, dixerit, quod ex osse eius os et ex
carne ipsius caro ⌊est⌋, locutus ipse per Adam id, quod totum
in ipso Adam erat ⌊fac⌋tum, nec detraxit fidem rebus et praeformari
ex se id, ⌊quod⌋ in altero gerebatur, ostendit. cum enim uerbum 4
fac⌊tum⌋ sit caro et ecclesia membrum sit Christi, quae ex latere
eius et per aquam nata et uiuificata per sanguinem sit, rursum caro,
in qua uerbum ante saecula manens, quod est filius dei, natum sit,
per sacramentum maneat in nobis, absolute docuit in Adam atque
Eua suam et ecclesiae speciem contineri, quam post mortis suae
somnum sanctificatam esse carnis suae communione significet.
loquitur quoque idem per apostolum: quoniam Adam 5
non peccauit, sed mulier peccans trans-
f. 2r gressione|fuit. saluabitur autem propter fili-
orum procreatio⌊n⌋em, si tamen in⌋ fide manse-

5 Matth. 19, 4 9 Gen. 2, 23 12 cf. Gen. 2, 23. Eph. 5, 30 15 cf. Ioh. 1, 14 22 I Tim. 2, 14 sq.

1 dominum *Gam* carnem *A* sit] est *Gam Lin* *uerba* quia os *per epanalepsim (cf. p. 4, 28) hic repetuntur* 2 est *del. Lin Eng* extiterit. ut os. ex osse. ita *A* exstiterit, ut, ut os ex osse, ita *Lin* 4 repudio] *praem.* de *Pit Lin* 10 mea. Sequitur ergo *A* perficiebatur] praeficiebatur *Gam* praefigurabatur *Lin* 13 caro . . . (est *suppl. Fed*) | locutus *A* 14 praeformatum ex se *Gam* praeformatum esse *Lin* 16 membra (*ortum ex* membrū) *A Gam, corr. Eng* 17 rursum = *autem* rursu (*ultima littera fere deleta est*) *A* rursumque *Gam* 18 quā *A* 20 ęuam *A* post *om. Gam* 21 somno⟨uiuificatam⟩, sanctificatam *Gam* 24 ppt̄ *A* per *Pit Lin* 25 pcreation . . . . . . (*perierunt c. 12 litterae;* si tamen in *add. Gam*) fidē *A ; cf. Ambrosiaster in I Tim. 2, 14—15 et Studien III 129*

r i n t. ecclesia igitur ex publicanis et peccatoribus et gentibus est;
solo suo secundo et caelesti Adam non peccante ipsa peccatrix per
6 generationem filiorum in fide manentium erit salua. ceterum intel-
legi ita non conuenit, quod mulier non sit a peccato suo redempta
per dominum, et superflue baptizabitur, si magis merito partus
sit liberanda. sed ne per ipsam quidem filiorum generationem erit
tuta, cum salua non sit, nisi, qui geniti sunt, fideles perstiterint.
et nescio, qua aequum sit alieno aut peccato reum effici aut merito
innocentem.

4. Sed tuto spiritalibus spiritalia comparantes ita sentiemus
maxime apostolum gesta magni in Adam atque Eua mysterii
referre se iam ad Christum atque ecclesiam praedicantem. et haec
quidem ita nos conuenit ab eo spiritaliter dicta existimare, ut non
minus ad praesentem doctrinam et ad eorum, quos monebat, insti-
2 tutionem sermo referendus sit. namque multiplicem misericordiam
dei in ea, quae ad Corinthios prima est, in sanctificandis
per coniugia fidelium infidelibus praedicans hic quoque per pro-
creationem credentium tamen filiorum istiusmodi sanctificationem
docuit largiendam, ut, quemadmodum unius fidelis societas prodesset
per coniugium infideli, ita fidelium procreatio infidelibus subueniret.

5. Contuendum etiam illud est in Adae somno atque Euae
corporatione occulti in Christo et in ecclesia mysterii sacramentum;
2 in eo enim corporeae resurrectionis fides et ratio continetur. nam-
que in creatione mulieris non iam limus adprehenditur neque terra
in formam describitur neque dei inspiratione in animam uiuentem
materies inanimis commouetur, sed ossi caro adcrescit et carni per-
fectio corporis datur et perfectionem corporis uigor spiritalis in-
3 sequitur. hunc resurrectionis ordinem per Ezechielem deus locutus

10 cf. I Cor. 2, 13 16 cf. I Cor. 7, 14 25 cf. Gen. 2, 7 28 cf. Ezech. 37, 8—10

2 cęleste *A* 3 fidem *A* 4 ita] iam *Gam* 8 qua aequum *Lin* quę cum *A* quae . . . . . cum *Gam* quae causa, cum sit aliena, aut peccato ream efficiat aut *etc. Pit* 11 apostolo gestam|agni *A* euam *A* 12 referre se iam *Fed* (*cf. infra p. 8, 25:* sacrificium Abel i a m) referres eam *A* referre ea *Gam* referenda *Pit Lin* 14 et] quam *Lin* 16 est] *add.* epistula *Lin* 23—28 namque—insequitur *traditur etiam in B* 24 abprehenditur *B* 26 inanimis *Pit Lin* in animis *A Gam* inanis *B* os si *A*

est docens in his, quae gerenda erant, uirtutis suae potestatem.
f. 2r illic|⌊enim omnia concu⌋rrunt: caro adest, spiritus aduolat, deo
ex operibus ⌊suis nullum⌋ deperit, cui ad efficientiam corporis
sui ea, quae non erant, adfuerunt. est autem s a c r a m e n t u m 4
hoc secundum apostolum a b s c o n s u m a s a e c u l i s in deo:
e s s e g e n t e s c o h e r e d e s e t c o n c o r p o r a l e s e t
c o n p a r t i c i p e s p o l l i c i t a t i o n i s e i u s i n C h r i s t o,
qui potens sit secundum eundem apostolum c o n f o r m e efficere
c o r p u s h u m i l i t a t i s n o s t r a e c o r p o r i g l o r i a e
s u a e. agnoscit ergo post somnum passionis suae caelesti Adam 5
resurgente ecclesia suum os, suam carnem non iam ex limo creatam
neque ex inspiratione uegetatam, sed adcrescentem ossi et in corpus
ex corpore spiritu aduolante perfectam. qui enim in Christo sunt,
secundum Christum resurgent, in quo iam uniuersae carnis con-
summata est resurrectio, ipso illo in carne nostra cum dei, in
qua ante saecula genitus a patre est, uirtute nascente. et 6
quia Iudaeus et Graecus, barbarus et Scyta, seruus et
liber, masculus et femina, omnes in Christo unum sunt, cum
caro recognita ex carne sit et ecclesia Christi corpus sit et mysterium,
quod in Adam atque Eua est, in Christum et in ecclesiam prae-
dicetur, perfectum iam sub Adam atque Eua in exordio saeculi est,
quicquid in consummationem temporum per Christum ecclesiae
praeparatur.

DE CAIN ET ABEL.

6. Sequuntur primam Christi et ecclesiae praefigurationem gesta Cayn et Abel, duum in se populorum praeformantium diuer-

4 cf. Col. 1, 26 et Eph. 3, 9 6 Eph. 3, 6 8 Phil. 3, 21 13 cf. I Thess. 4, 16 17 cf. Gal. 3, 28 et Col. 3, 11

2 illic | ...... rrunt *A*; *perierunt circiter 12 litt.*, *Gam adhuc legere potuit:* illic enim omnia concurrunt 3 ex operibus | ...... deperit (*perierunt litt. circiter 9*) *A* ex op. ⟨suis nullum⟩ deperit *uel* ex op. ⟨nil enl⟩ deperit *Fed* ex op. ... i ... a deperit *Gam* (*qui add.:* ‚suis‘ uix legitur et de u. sequenti litterae incertissimae tantum supersunt) ex op. suis amouente quod deperit *Pit* ex op. suis enim n̄ deperit *Lin* cui (*litt.* cu *ualde extenuatae sunt*) *A*, *om. Gam Pit Lin* 5 ab scō sū *A* domino *Gam* 6 concorporales *Lin* corporales *A* 9 corporis *Gam* 10—16 agnoscit—nascente *traditur etiam in B* cęlestis *AB* 12 uegetatas *B* 13 spiritu] Christi *B* 14 est consummata *B* 16 nascens *B* 17 schyta *A* 19 *alt.* et *del. Lin* 20 ęuam *A* praedicatur *Gam* 21 euam *A* 24 de cain et abel *in mg. A*

sitatem ipsisque et nominibus et officiis mores et studia utriusque
2 signantium. Cayn enim erat terram colens et Abel oues pascens. ex
fructibus autem suis unusquisque mysterii deo munus exhibuit;
sed inspiciuntur munera Abel, Cayn autem non uidentur. uerum et
dies indiscretus sacrificii et locus est et deo omnia contuenti quo-
modo aut hoc in conspectu est aut illum extra conspectum? sed
per hanc significantiam docetur dei conspectum placitarum rerum
esse indicium et, cum omnia subiecta ei sint, contuitionem tamen
3 eius in ea adire, quae digna sunt. uerum nihil ante de moribus
Cayn erat dictum, ut eius hostia displiceret. sed in his, quae con-
secuta sunt, dei prouidentia intellegitur sacrificia eius | non reci- f. 3r
pientis, qui grassaturus esset in fratrem. futuri enim apud deum
cognitio fides facti est; nam, qui peremturus erat, tamquam iam
4 peremisset, dei conspectione non dignus est. in cultura uero terrae
significatio operum carnalium continetur et omnis fructus carnis
in uitiis est, quae abhorrente deo conspectum a se eius apellunt.
non respicitur ergo ad hostiam, quae ex operationibus terrae est.
et solae in adipibus placent ouium primitiae, interni uidelicet fructus
et ipsius conscientiae nostrae sacrificia delectant, quaeque in pri-
mitiis ouium placentia conspectum in se diuinae uoluntatis inuitant.
5 cum enim primitiae Christus sit, primogenitus
creaturae, primogenitus ex mortuis, princeps
etiam sacerdotum, ut sit in omnibus ipse primatum
tenens, ipse etiam ouis et secundum corpoream natiuitatem
unus ex ouibus, sacrificium Abel iam sub sacramento ecclesiae
probabile est, quae deinceps esset ex primitiis ouium sancti cor-

2 cf. Gen. 4, 2—5 8 cf. I Cor. 15, 27 21 I Cor. 15, 23. Col. 1, 15. 18
24 cf. Ioh. 1, 29

2 significantium *Lin* 3 sui *Am1* 6 *de forma* illum *u. Zingerle in Wiener Studien XI (1889) 318* 7 significationem *Gam* 8 iudicium *A* ei omnia subiecta sint (*m1 del.* ei *et pos.* ei *s l. ante* sint) *A* contuitionem *Eng* (*cf. supra 5:* contuenti *et Hilar. in ps. 118 Kaph 2 et 3 p. 451 sq.:* contuitionis, contuitio) constitutionem *A Gam* conspectionem *Lin, qui reicit ad locum infra 14:* dei conspectione non dignus 11 sacrificium *Lin, sed u. supra 4:* munera; *cf. Jülicher in Theol. Literaturzeitung XVII (1906) 632* 12—14 futuri—dignus est *traditur etiam in B* 13 iam *om. B* 14 peremisset *B* perimisset *A Gam* dignus non *B* 16 abhorrentes *A Gam, corr. Lin* appellunt *A*

poris hostiam praebitura. inuidet itaque placito displicens et 6
contra dei edictum, ut quiesceret, admonentis probabilis ab im-
probabili interficitur. reus ad confessionis paenitentiam interrogatur,
sed ad incrementum criminis negat; desperans resurrectionem dis-
soluendum se morte existimat, sed gemens et tremens
ad iudicium ultionis septemplicis reseruatur et ab omni terra san-
guinem fratris excipiente maledicitur. interpretatio autem nominis 7
Cayn 'risus' est, Abel autem 'fletus'.

7. Numquid non ea, quae superiora sunt, consummantur in
populis? oblatio iunioris est placita, Iudeus inuidet Christiano, ad
caedem eius frustra a prophetis monitus exarsit. ueniam ne per 2
ipsam quidem confessionem paenitentiae consectatur, sed audax
deo commissum scelus abnegat. desperans resurrectionis gloriam
subiectusque capta Hierusalem dominantium potestati gemens
et tremens ultionis iudicio reseruatur, per ipsas interpreta-
tiones nominum discretus a sanctis domino dicente: uae his,
qui ridunt, quia flebunt! et: beati lugentes,
quia consolabuntur! atque ut omnia dominus doceret 3
f. 3r praefigurationi | utriusque populi conuenire, dixit: ideo ecce
ego mitto ad uos prophetas et sapientes et
scribas et ex illis occidetis in synagogis et
persequemini eos de ciuitate in ciuitatem,
ut ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui
effusus est super terram a sanguine Abel
iusti usque ad sanguinem Zachariae filii
Barrachihel, quem occidistis inter templum et
altare. * * * * * Abel itaque sanguis ab eo exquiritur, qui secundum 4
Cayn praefigurationem iustos est persecutus et maledictus a terra

1 cf. Gen. 4, 8—14 5. 14 Gen. 4, 14 6 cf. Gen. 4, 15 8 Abel] cf. Onom. s. 2, 18 16 Luc. 6, 25 17 Matth. 5, 5 19 Matth. 23, 34 sq.

6 sigill. *in mg. Am1* 10 inuidit *Eng* 11 exardescit *Lin* 15 ultionis iudicio *Gam* ultioni iudicii *A; cf. supra 6:* ad iudicium ultionis ipsas interpretationes *Fe1* ipsas interpretationis *A* ipsam interpretationem *Gam* 17 *de forma* ridunt *apud Hilarium u. Studien III 131* 21 occidetis] *add.* et crucifigetis et ex illis flagellabitis *Lin* 22 persequemini *Lin* persequimini *A Gam* 26 Barrachiehel *Gam* Barachiel *Lin* 27 *post textum s. scripturae in A exstat lacuna 14 fere litt.* 28 caym *Am1*

est, quae aperiens os suum sanguinem fratris excepit. in corpore enim Christi, in quo et apostoli et ecclesia est, omnium sanguinem uniuersa eorum caro et posteritas suscepit proclamantibus ipsis: s a n g u i s e i u s s u p e r n o s e t s u p e r f i l i o s n o s t r o s.

8. Rerum itaque in Cayn gestarum praefigurationem effectorum
fides est consecuta nec secerni possunt a praeformationis exemplo,
2 in quos eiusdem reatus est ultio consecuta. uerum etiam in eo,
quod dictum est: n o n n e s i r e c t e o f f e r a s, r e c t e
a u t e m n o n d i u i d a s, p e c c a s t i ? praeter rei praesentis
effectum futuri quoque species continetur; deo enim non placent
3 nisi communia et participata et amicata. promissa ergo dei expectans
populus per legem, etiamsi cum praeceptorum obseruantia recte
deo offerat, tamen, nisi hanc ipsam dei legem, quae umbra est
futurorum, cum gentium congregatione communicet, peccauit.
4 recte ergo non diuidens crimine detenebitur. Cayn namque inui-
dens fratri non participauerat sibi conspectae a deo hostiae gra-
tiam et peccator, quia non recte diuideret, constitutus est. quo
exemplo probatas deo fidelium ex gentibus hostias nisi, qui sub
lege sunt, diuidant, etiam si lege recte utantur, in crimine sunt.

DE LAMECH.

9 Sed ne in Lamech quidem extra futuri speciem res geruntur. hic refertur fuisse duarum uxorum maritus, quarum nominibus etiam tertiae mulieris, ab eius tamen coniugio liberae, nomen adiectum est atque etiam idem Lamech scribitur ista dixisse: d i x i t a u t e m L a m e c h m u l i e r i b u s s u i s A d a e e t S e l l a e: a u d i t e u o c e m m e a m, m u l i e r e s L a m e c h, i n t u e m i n i u e r b a m e a, q u o n i a m u i r u m o c c i d i i n u u l n e r e m i h i e t i u u e n e m i n l i u o r e m e o,

4 Matth. 27, 25   8 Gen. 4, 7   13 cf. Hebr. 10, 1   25 Gen. 4, 23 sq.

2 enī *s. l. A*   5 effectorum] *A Gam Jülicher (Theol. Literaturzeitung XVII [1906] 632)* effectarum *Lin* effectuum *Fed*   7 quas *Lin*   9 autem (= aū, *in scriptura beneuentana* a *et* t *saepe confunduntur*) *Fed* tu *A* tamen (= tn̄) *Eng*   11 amicata *Pit Lin* amicta *A Gam*   13 hac (n *s. l. m2*) *A*   14 peccabit *Lin; cf. supra 9:* peccasti *et Jülicher l. c.*   16 c̄specta | ea dō *A*   20 de lamech *in mg. A*   28 libore *A*

f. 4r quoniam septies|uindicatum est de Cayn, de
Lamech autem septuagies septies. et quis hic 2
est illo iusto Abel iustior, cuius tanto nunc maiore poena mors
uindicanda sit? nomen perempti tacetur, uulnus non ad peremptum,
sed ad peremptorem refertur et liuor caedentis potius docetur esse,
non caesi. interfectio iuuenis uxoribus nuntiatur; cum trium mu- 3
lierum nomina contineantur, tantum ad duas sermo est. prophetat
impius et ultra Cayn poenam ultionem commissae a se caedis
accumulat.

10. Haec non transcursim audienda sunt, sed in his futurorum
figuratio scrutanda est. Lamech principis sacerdotum habet speciem, 2
qui consentientibus sibi Iudaeis et gentibus cruci dominum sub-
figit; nam ex atrio principis sacerdotum ad Herodem idem dominus
ductus est plebe credentium a sceleris communione secreta et
idcirco duabus tamquam sociis sibi et uxoribus caedem iuuenis
gloriatur. et quia nullus de eo sensus est poenae, in se et uulnera et 3
liuorem iniuriae et caedis excepit. instinctu etiam prophetico est
locutus; nam et tum princeps sacerdotum nesciens prophetauit,
sicut in euangeliis scriptum est: unus autem ex his
Cayphas nomine, cum esset summus sacerdos
anni illius, dixit eis: uos nescitis nihil nec
percipitis, quia expedit nobis, ut unus homo
moriatur pro plebe et non uniuersa gens
pereat. hoc autem a se non dixit, sed cum
esset summus sacerdos anni illius, prophe-
tauit. concurrunt ergo omnia sibi personis, rebus, effectu et
gestorum fides speciem complectitur futurorum. numerus quoque 4
in Cayn et Lamech poenae non sine aliqua significatione perscri-
bitur. cum enim secundum prophetas septemplex poena in iniustos
sit constituta, Petrus, super quem ecclesiam tamquam uiuo fun-

19 Ioh. 11, 49—51 30 cf. Matth. 16, 18. Origen. in Exod. homil. V 4

3 tanto *om. Gam* nunc *A* maiore poena *Lin* merore pęna *A* moerore poenae *Gam* 4 uindicanda *Lin* uincenda *A Gam* ulciscenda *Eng; cf. Gen. 4, 24:* uindicatum est 5 libor *A* 8 caym *A* commissam ea se *A* 11—16 principis—gloriatur *traditur etiam in B* 11 princeps *AB* 13 sacerdotum *Fed* sacerdotis *AB Gam* idem dominus *om. B* 15 sibi et] scilicet *Lin* cedere *B* 16 pęne *A* 17 liborem *A* 24 a *s. l. Am2* 26 effectu *Gam* adfectu *A* 28 pęne *A* 30 ecclesia—aedificabatur *Pit*

damento ⟨dominus⟩ aedificabat, an peccanti in se secundum legem septies sit remissurus, interrogat; cui dominus, ut septuagies septies indulgeret, respondit per hanc significantiam docens ipsam illis, qui credituri essent, | passionis suae poenam remittendam, f. 4v cum, in quantum uindicta eius multiplicata esset, in tantum rursum uenia abundaret.

11. Seth deinde nascitur et in perempti Abel locum semen in eo aliud excitatur Eua ita dicente: excitauit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.
2 interpretatio autem Seth nominis est 'fundamentum fidei'. et cum Abel iustus et cum in locum iusti Seth genitus sit, reseruata semper a deo sanctorum generatio et per successiones renouata intellegitur fidelibus in Petro fundamentis fidem ecclesia sustentatura.

DE NOE.

12. Quae erga Noe gesta sunt, negari non possunt plena esse et uirtutibus dei ⟨et⟩ exemplis futurorum. nam in quantumlibet aut hebes ingenium sit aut auersa a ueri intellegentia uoluntas, at tamen illic dicta gestaque sunt, quae etiam inuitis sensum ueritatis eliciant. atque, ut in singulis rerum effectibus uirtus prophetica intellegatur, quid cui rei sit comparandum, breuiter
2 edendum est. Noe enim, quem ex uirgine dominus adsumpsit, hominem praefigurat atque, ut id ipsum ex scripturae ipsius uerbis cognitum fiat, cuiusmodi de eo prophetía Lamech patris eius fuerit, noscendum est: et Lamech genuit filium et uocauit nomen eius Noe dicens: hic requiescere faciet nos ab operibus nostris et a tristitiis manuum nostrarum et a terra, cui maledixit

1 cf. Matth. 18, 21 sq. 8 Gen. 4, 25 10 cf. Onom. s. 10, 12 24 Gen. 5, 28 sq. 25 cf. Origen. in Gen. homil. II 3

1 dominus *suppl. Fed* 3 significationem *Gam* 4 illis *Pit* illā *A Gam* illam iis *Lin* 5 uincdictam *A* 7 *huius capitis 11 non exstat proprius titulus in A* et *Eng* sed *Pit Lin* Seth *A Gam* eo] *sc.* Seth ita *Eng* ait *A Gam* 8 dicens *Gam* 13 ecclesiae *falso in A legit et edidit Gam* 16 et *add. Gam* in quantum libet *Gam* in quantum licet *Lin* 17 hęues *A* 18 at *Lin* et *A Gam* sed *Eng* 20 cuique *Lin* 22 scriptura *A a. c.* 23 huiusmodi *Lin* fuerit *om. Lin* 24 noscenda *Lin*

d o m i n u s d e u s. sed haec, ut arbitror, in eum Noe, de quo 3
sermo est, ad perfectum conuenire non possunt. quam enim requiem
humano generi adtulit uel a quibus fecit operibus desisti? quin
etiam sub eo uniuersitas hominum deletur, diluuium infunditur; terra
conspectui eius uiri redditur, in grauioribus etiam postea uirtu-
tibus uiuitur. et ubi requies per Noe erit reddita? in eo autem, qui
f. 5r facturus sit requiem, potestas est designata faciendi. | porro autem 4
nec naturae hominis conuenit nec scriptum legitur nec re ipsa
intellegitur Noe horum aliquid fecisse, sed plera, quae Noe erant
propria, scriptura planissime edidit: cum deo probabilis est, cum
iustus inuenitur, cum arcam facere iubetur, cum in eam ingreditur,
cum coruum emittit, cum columbam et recipit et remittit, cum
egreditur ex arca, cum uineam plantat, cum ex fructu eius ebrius nu-
datur, cum a Cham inridetur, cum a Sem et Iafeth contegitur,
cum in unum maledictionem et in duos benedictionis ordinem
modumque constituit. haec, ab eo ut sunt gesta, intellegenda sunt.

13. Sed magnum in his futuri sacramentum continetur ac de
singulis suo loco tractabimus, tum cum oporteat sibi inuicem res
personasque conferre. erit ergo huic Noe dominus noster, qui 2
u e r b u m c a r o f a c t u m e s t, comparatus, qui et ait in
euangeliis: u e n i t e a d m e o m n e s, q u i l a b o r a t i s e t
o n e r a t i e s t i s, e t e g o u o s r e f i c i a m. t o l l i t e
i u g u m m e u m s u p e r u o s e t d i s c i t e, q u i a m i t i s
s u m e t h u m i l i s c o r d e, e t i n u e n i e t i s r e q u i e m
a n i m a b u s u e s t r i s. i u g u m e n i m m e u m s u a u e
e s t e t o n u s m e u m l e u e e s t. facit ergo requiescere et 3

10 cf. Gen. 6, 8 sqq. 12 cf. Gen. 8, 6. 8—10. 18 13 cf. Gen. 9, 20—27 19 cf. Origen. in Gen. homil. II 3 20 Ioh. 1, 14 21 Matth. 11, 28—30

1 sed *Lin* et *A Gam* 5 uiri *Eng* ui *A Pit*, *om. Gam*, *Lin transpon.* ui *post* diluuium redditur] rapitur *Pit* eripitur *Gam* uirtutibus *Lin* uirtus (rtus *alio atramento, sed eadem manu*) *A* uicibus *Gam* uirtutibus = *signis terribilibus; cf. Hilar. in ps. 65, 10 p. 254; in ps. 134, 19 p. 705; cf. etiam Origen. in Gen. homil. II 3:* uel quomodo ablatum est maledictum terrae, quod dederat dominus, ubi potius iracundia diuina maiór ostenditur? 6 per *om. Gam* 9 plera *Fed* pleraque *Lin* plane *A Gam* plana *Eng* 10 propria. scriptura *Eng* plenissime *Pit; cf. Hilar. de syn. 9:* planissime omnia edita 12 emittit] *praem. s. l.* et, *sed postea del. A* columbam] *suppl.* et emittit *Lin* 13 ex | ex fructu *A* plantauit *Gam* 20 comparandus *Lin*

animabus requiem impertit et ob imminens iudicium in doctrinae
et ecclesiae suae arcam filios et genitos et nuncupatos recondit et
spiritum sanctum tribuit et moritur et inridetur et resurgit et
humano generi recte perperamue gestorum poenam sanctifica-
4 tionemque constituit. et in eo quidem, cum arcam ingredi aut
egredi ex ea Noe iubetur, ratio ecclesiae sanctificationis est con-
tuenda. scriptum enim est: introibis autem in arcam
tu et filii tui et uxor tua et uxores filiorum
tuorum; et rursum: dixit dominus deus ad Noe
dicens: exi de arca tu et uxor tua et filii tui
5 et uxores filiorum tuorum. sexum arcam ingredien-
tium inuicem sociat, | uirorum ad uirum, mulierum ad feminam, f. 5r
continentes scilicet ecclesiam introituros oportere esse significans,
sui postea unumquemque coniugii copiam recepturum * * * * *
* *
cum ter est emissa.

14. Et sequens quidem emissio non incertum est quid praefi-
guret. cum oliuae namque fructuosis foliis reuertitur, non iam manu
2 recipienda, sed reuolans. impletum autem istud est, cum accepto
sancto spiritu septuaginta discipuli ad praedicandum euangelium
emissi cum gloria subditorum sibi immundorum spirituum reuer-
tuntur, fructum misericordiae dei, qui significatus in oliua est,
sancto spiritu reportante et quia discedentibus his postea a domino
3 nullam etiam requiem esset habiturus. cum fructu tamen ad Noe
columba reuolauit significans per id in reditu secundo et subiectis
daemoniis sancti spiritus fructum et discedentibus a domino disci-
pulis consistendi adhuc re⟨quiem nullam⟩. tertia uero emissio

1 cf. Origen. in Gen. homil. II 5 3 cf. Ioh. 20, 22 7 Gen. 7, 1. 7 9 Gen. 8, 15 sq. 11 cf. Origen. in Gen. (PG XII 106 M) 17 cf. Gen. 8, 11. cf. Hilar. in ps. 146, 12 19 cf. Luc. 10, 1 21 cf. Luc. 10, 17

2 filios *B* (*Studien III 24*), *Pit* felices *A Gam* fideles *Lin* 9 ds *s. l. A* 14—15 *interpretatio typica emissionis corui et primae emissionis columbae excidit in A* 16 emissa *sc. columba*, columba *add. Gam* 18 olibę *A* 21 im mundorum *A* 22 significatur *Lin* est *del. Lin* 23 et quia] qui *Lin* 27 requiem nullam *Lin* re *sequente 5 litt. spatio A* reseruare locum *Pit; cf. Hilar. in ps. 146, 12 p. 852:* ipse (coruus) columba postea non reperta requie reuertente non rediit *et paulo post de peccatore, cuius typus sit coruus:* cum nullam aliam praeterquam ecclesiae requiem habeat in saeculo

atque euolatio habitationem eius, quae in credente est, praeformat spiritu sancto emisso in aeternum ⟨in⟩ fidelium animis permanente.

15. Iam uero de fructu plantatae uineae ebrietas passionis est species. uineam enim ex Egypto transtulit et plantauit dominus, et rursum: uinea domini Sabaoth domus Israhel est. ex operibus enim translati et plantati populi sui passionis est causa. quam Noe ebrietatem si forte quis non pertinere [se] ad speciem dominicae mortis existimabit, de consequentibus arguetur, quamquam potatus in euangeliis calix mortem passionis ostendat. tres 2
autem filii cum essent, nuditas patris ridetur ab uno et rursum contegitur a duobus; sed cum duo unianimiter texerint, maledicto tertio in duobus tamen operis unius diuersa benedictio est. sub 3
his autem tribus filiis uniuersitas hominum monstratur, id est sub lege uiuentium et sub gratia iustificatorum et gentium. ex quibus gentes mortem | domini et nudum dei corpus irridunt, in duobus cod. B
autem contegentibus nuditatem lex et gratia continetur.

16. Quia autem Iaphet in domibus Sem collocatur, figuram gentium ostendit, quae ad fidem inductae sunt; Sem uero Israhelitici populi personam gerit. • • • • • • • • • • • • • • • • • •

• •

• •

⟨DE ABRAHAM⟩.

17. •
Sarra etiam ecclesiam signat, Agar synagogam • • • • • • • • • •

2 cf. Ioh. 14, 16 4 cf. Gen. 9, 20 sq. 5 cf. Ps. 79, 9 6 Esai. 5, 7 10 cf. Matth. 20, 22 11 cf. Gen. 9, 19 sqq. 18 cf. Gen. 9, 27 25 cf. Gen. 16, 1 sqq.

1 credente *Lin* credentes *A Gam* 2 *alt.* in *add. Lin* 4—7 Iam—Israhel est *traditur etiam in B* 6 uinea *B* uineam *A Gam* 8 se *del. Gam* 9 existimabit *Lin* existimauit *A Gam* existimarit *Eng* quamquam] cum *Lin* 12 uni ami ter *A* 13—16 sub tribus Noe filiis—mortem *traditur etiam in B* 15 uiuentium *om. B* iustificatorum et gentium *om. B* 16 gentes] gentium *Gam* 16—17 domini—continetur *habetur tantum in B* dei *Fed* deo *B* *de forma* irridunt *u. Studien III 131* duabus *B* 18—16, 15 Quia autem—centesima oue *traditur tantum in B, et quidem omnia uidentur esse deprompta ex A fere ad uerbum; cf. Studien III 26 sq.*

2 semen autem uocatum in Ysaac Christum esse monstrat; in quo etiam praefiguratio passionis est edita, cum a patre ad hostiam uocatur, cum ligna sacrificii suscipit, cum ad consummationem hostiae aries assistit. *

18. In littera Abrae addita unus est numerus, in ea, quae Sarrae accedit, centum habentur et saluator relictis nonaginta nouem in montibus abiit unam, 2 quae errauerat, quaerere. ergo unus numerus in littera Abrae additur. unus est enim dominus Iesus Christus, natus ex uirgine, et ab illo uno omnia crimina credentium mundata sunt. et quod per se explendum erat in Abraam, praefigurat: ille per adiectionem unius pater gentium nuncupatur, ipse per assumptionem unius pater et redemptor gentium constituitur reddita Sarrae, id est ecclesiae primitiuae caelestis Ierusalem, centesima oue. *
* *

Fragmentum traditum ab auctore quodam s. XI/XII.

18* Sicut pater ille familias in euangelio trino aduentu infructuosam ficulneam uisitauit, sic sancta mater ecclesia saluatoris aduentum annuo recursu per trium septimanarum secretum spatium

1 cf. Gen. 21, 12 5 cf. Gen. 17, 5. 15 6 cf. Hilar. in Matth. 18, 6. Origen. in Gen. homil. II 5. VII 3 Matth. 18, 12 12 cf. Gen. 17, 4 14 cf. Hebr. 12, 23. 22 17 cf. Luc. 13, 6 sq. et Matth. 21, 33 sqq. 18 cf. Tit. 2, 13

1 semen *Wilmart* (*Rev. Bénéd. XXVII* [*1910*] *14*) Sem *B* 3 ligna *Wilmart* lingua *B* suscipit *Eng* suscepit *B* 5 littera] *sc.* a = *1* (Abram—Abraam) ea] *sc.* r = *100* (Sara—Sarra) 6 accedit *Wilmart* accidit *B* 7 *noli addere* ouibus *cum Wilmart; cf. Matth. 18, 12* 15 centesimam ouem *B*

M = cod. Monacensis 14477 s. XII.
N = cod. Monacensis 27300 s. XII.
F = cod. Frisingensis deperditi uariantes apud Pez.
P = cod. Parisinus 2265 s. XIV.
Pez = B. Pez (Thesaurus Anecd. IV p. II [1723] 51).
Hittorp = M. Hittorpius (De diuinis cath. ecclesiae officiis etc. [1568] 425).
Wilmart = Revue Bénédict. XXVII (1910) 500 sq.

17 *Fragmentum traditum est in tractatu alicuius monachi germanici s. XI/XII, qui a multis Bernoni Augiensi ascribitur et cui titulus* Ratio generalis de initio aduentus domini secundum auctoritatem Hilarii episcopi, *et in alio* (*eiusdem Bernonis?*) *tractatu, qui inscribitur* Libellus de quibusdam rebus ad missae officium pertinentibus; *cf. Studien III 27.141 et Praef. I 2. inducitur fragmentum ab auctore his uerbis:* est autem et alia eiusdem negotii ratio haudquaquam uilipendenda,

sibi indicauit. uenit enim filius hominis quaerere et saluum facere, quod perierat. uenit ante legem, quia per naturalem intellectum, quid unicuique agendum quidue sequendum sit, innotuit. uenit sub lege, quia patriarcharum exemplis et prophetarum praeconiis semini Abrahae legalia confirmauit decreta. uenit tertio post legem per gratiam ad uocationem gentium, ut a solis ortu usque ad occasum laudare discerent pueri nomen domini, quos usque ad finem mundi ad suae maiestatis cultum exhortari non desinit. * * * * * * * * * * * * * * * * * * 2

⟨DE YSAHAC⟩.

19. *
Rebecca duplicem habet figuram coniugii et partus et in coniugio ecclesiae typum praefert: camelos, id est gentes Christo subditas, potat; fidei auditum per inaures docet; armillas manuum ostendit boni operis ornatus; de nuptiis interrogata consociandorum Christo more respondet, ut ad uisum perueniat; de domo patris egreditur ostendens, quia, nisi renuntiauerit quis uitiis et concupiscentiis, Christi seruus esse non poterit; duas gentes duos populos signat. cod. B
* *

1 Luc. 19, 10 2—6 cf. Gregor. M. hom. in euang. XXXI 3 7 cf. Ps. 112, 1—3 12 cf. Gen. 24, 19 sqq. 13 cf. Hilar. in ps. 54, 5 17 cf. Luc. 14, 33

qua (quo *Hittorp*) gloriosus ecclesiae auctor et (auctor et *om. P*) Hilarius (hylarius *MN* hylarius sic *P*) in libro utitur officiorum (*MN Pez* utitur in libro officiorum *P* in libro officiorum utitur *Hittorp*): Sicut, inquiens, pater *etc.* pater familias ille *Wilmart* ille *om. M Pez* ewangelio *M* 19 aduentum *om. Hittorp* aduentu *N* anno (u *s.* o *m2*) *N* septimanarum (-narum *in ras.*) *M* hebdomadarum *P* spatium] *FP Hittorp Wilmart* spacium *N* spacia (sp *in ras.*) *M Pez*

1 sibi] sese *coni. W. C. Bishop* (*Journ. of Theol. Studies X* [*1909*] *128*) indicauit *Eng* incitauit *MNP edd.* 3 quod *N* sequendum quidue agendum *NP Hittorp Wilmart* 4 sit] esset *P* intonuit *P* patricharum *M* 5 semini *om. P Pez* sequimini (qui *exp.*) *M* abrachę *M* 6 ad] ac *Mercati* (*Journ. of Theol. Studies VIII* [*1907*] *430*) aduocationem *N* 7 discernerent *MF* 8 quos *Hittorp Wilmart* quo *MNP Pez Mercati* magestatis (i *s.* g) *N* 9 non desinit exhortari *P* *add. MNF*: haec sunt quae apud gallos positus ex libro officiorum sancti hylarii non inutiliter mihi (michi *M*) corrasi 12—18 Rebecca—signat *non habetur nisi in B* 16 respondet *Eng* respondit *B Wilmart* 18 duas gentes] *sc. Chananaeos* (*Gen. 24, 3*) *et incolas Mesopotamiae* (*Gen. 24, 10*) duos populos] *sc. Iudaeos et Christianos*

⟨DE IACOB⟩.

20. *
cod. A |proprietatem nominis huius scriptura interpretante. et dixit f. 6r
Esau ad Iacob: da mihi gustare de coctura ⟨rufa⟩
hac, quia deficio. propter hoc appellatum est
2 nomen eius Edom. primitiua deinde sua ob cibum uendidit
dicens: ecce ego morior, et quo mihi hos primatus? in primatibus autem haec apud ueteres erat dignitas,
ut domus paternae hereditatem primogenitus optineret fratri-
3 bus, qui deinceps essent, ei subditis. ergo cum in corpore uiuentibus primitiuorum dignitas de uita sit, quam sub praefiguratione populi infidelis Esau ob carnalia desideria uendebat, non utique de praesenti primitiuorum honore desperat dicens: ecce ego morior, et quo mihi hos primatus? — nam ante mortem primatus ille, qui hominum est, percipiebatur —, sed quia, formam populi in se gerens, primitiuus ipse per legem — prior enim hic populus in dei hereditatem fuerat electus — de spe resurrectionis et gloriae dei excidit, desideriis corporis occupatus suum honorem desperasse se proferebat, quem primogenitum conuenerat sperare post mortem.

21. Desperante itaque Esau de primitiis suis cetera et secundum facti fidem et secundum praefigurationis uirtutem geruntur.
2 Ysahac itaque cum esset hebetibus oculis, secundum consuetudinem monet Esau, uti sibi ex uenatione cibum praeparet et ante tempus suae mortis benedicatur ab eo. idque Rebecca cum comperisset, Iacob adhortatur, escas patri de haedis duobus citus praeparet et Esau stola induatur; manus eius, quia leuis sit, atque ceruicem
3 illigatis sibi haedorum pellibus mentiatur. quibus gestis benedictio-

4 Gen. 25, 30 7 Gen. 25, 32 13 Gen. 25, 32 23 cf. Gen. 27, 1—26

4 rufa *add. Eng propter sequens nomen* Edom 7 hos] hi *Lin; cf. infra 14* 9 domus *Fed* domu (*antea* domū?) *A* domum *Gam* dominatus *Lin* hereditatē *Am1* hereditatis *Am4 Gam* fratribus] *praem.* prae *Pil* de *Lin* 10 subditis *Eng* subditi *A Gam* 14 hos] hi *Lin* 16 primitib; *A* 17 hereditate *A*, *corr. Lin* 19 proferebat *Lin* proferat *A Gam* 23 habetib; *A* hebetus *Gam* 24 monet *Lin* monetę *A* monente *Gam* 26 escas] *praem.* ut *Lin* patris *Gam* 27 leuis *Eng* lenis *A Gam* lenes *Lin* (lenis *Uulg. Gen. 27, 11, sed* leuis *Hieronym. quaest. hebr. in Gen.* [*de Lagarde 43, 8*]) sint *Lin* ceruix eius *Lin* 28 illicatis (c *del. et* ga *s. l.*) *A* mentiuntur *Lin*

nem, quae Esau erat parata, praeripuit. dehinc benedicitur talibus
uerbis: *ecce odor filii mei sicut odor agri pleni,
quem benedixit dominus. et det tibi dominus
a rore caeli desusum et ab ubertate terrae
abundantiam frumenti et uini. et seruiant tibi
gentes et adorabunt te principes et esto dominus
fratris tui et adorabunt te filii patris
tui; et qui maledixerit te, maledictus erit,
et qui benedixerit te, benedictus erit.*

22. Geritur quidem res secundum praesentem in Esau et Iacob
effectum, sed spiritualis praeformatio ordinem suum optinet.
f.6[v] uendiderat per desideria | corporis primatus suos senior futurorum
honorem ob luxum praesentium desperans eosque contra iacturam
praesentium iunior coemit. numquid non corporaliter gestis spiri- 2
tualiter gerenda succedunt? qui infideles sunt, omne bonum in
uoluptate positum existimant et anterior populus honorem
resurrectionis per desideria carnis amisit; credentes autem
renuntiant praesentibus gaudiis omnem in futurorum spem suam
locantes et ob eam animo et corpore continentes praeripiunt
destinata seniori. nam Iacob Esau stola induitur, quae pro im- 3
mortalitatis ueste commemorari solet etiam in euangelio, ubi
stolam primam iunior frater et idem accepti patrimonii decoctor
accepit. et quia ex peccatis esset in nitorem innocentiae transferendus,
ideo Iacob haedorum pellibus tegitur, re quidem ipsa
fratris speciem imitaturus. sed quia ex peccatore esset dignitatem
occupatae benedictionis habiturus, in pellibus emortuarum pecudum
formam peccatoris adsumit.

23. Ipsa autem benedictionis ratio uerborumque uirtus nihil
illic secundum gesta praesentia intelligendum esse demonstrat.
benedicitur enim Iacob, ut de rore caeli et ubertate terrae abundet 2
uino et tritico. contra uero famem periclitatus est et ex Egypto

2 Gen. 27, 27—29 12 cf. Hilar. in ps. 118 Zade 7 21 cf. Luc. 15, 12. 22 31 cf. Gen. 42, 1 sq.

4 desusum (r *s. alt.* s *m3*) *A* 5 seruient *Gam* 10 geritur] cernitur *Gam* 11 spūalis *A* 13 eosque *Lin* eo usque *A Gam* 14 spūaliter *A* 18 in futurorum *sc.* gaudiis in] *add.* spe *Gam* specie *Pil* futurum *Eng* 22 frater ⟨induit⟩. Et *Gam* 25 ex peccato re *A* 26 ę mortuarum *A* 29 intelligenda *Lin* 30 habundet *A* 31 fame *Pil*

3 frumenta emit. in seruitutem ei gentes subiciuntur; quin potius
in ius Pharaonis ipse cum omni sua familia se dedit. adorandus a
principibus dicitur, sed magis dominante Laban seruitutem multi
temporis pertulit. dominus fratri suo constituitur; at quid fratrem
4 suum tamquam dominum adorauit? ergo quia scriptura mendacio
non periclitatur, licet in Iacob haec dicta sint, in populum tamen,
quem praeformabat, et significantur et aguntur. haec enim omnia
secundum prophetica et euangelica promissa fidelibus reseruantur,
quippe mundum et angelos iudicaturis et in regni caelestis con-
sortium destinatis.

24. Denique ipsud illud benedictionis exordium non res prae-
sentes, sed futuras perfectasque complectitur. ait enim: ecce
odor filii mei tamquam odor agri pleni, quem
2 benedixit deus. odor spiritus est praescientia, ager | plenus f. 7r
perfectio fructuum est. et ager, sicut euangelia docent, pro
saeculo nuncupatur; benedictum autem saeculum non utique, quod
dissoluetur et non erit, sed quod aeternum et perfectis fructibus
3 plenum est, significari existimandum est. ergo cum idem sit odor
Iacob, qui agri pleni est, odor autem secundum naturam rerum
praescientia sit spiritus, cum, quid unaquaeque res sit, ex odora-
tione sentitur, hanc odorari se, id est praescire spiritu, benedictio-
nem populi iunioris Ysahac significat atque aeterni saeculi futu-
ram utroque illo, id est et saeculo et qui eo sit usurus, aeterno.

25. Atque ut abundantem dei misericordiam in praeformandis
sub praesentibus futurorum effectibus cerneremus, omnia ita dili-
genter edita atque scripta sunt, ut et in rem gestam et in spem
2 futuram unus atque idem historiae ordo concurreret. benedicturus
enim Ysahac Iacob pro Esau sollicitus est, ne quoquo genere fallatur;
Esau enim se Iacob esse dicebat. caecus ergo Ysahac cum esset,

1 cf. Gen. c. 47 3 cf. Gen. 29, 20 9 cf. I Cor. 6, 2 sq. cf. II Petr. 1, 4 12 Gen. 27, 27 14 cf. Hilar. in ps. 121, 12 15 cf. Matth. 13, 38

4 at *Lin* an *A* 5 mendacium *Lin* 11 *de forma* ipsud *apud Hilarium u. Zingerle, Studien zu Hilarius Psalmencommentar (1885) 28* 14 est *Pit* et *A Gam* pręsentia *A* 20 pręsentia (ci *s.* en) *A* una quaq; re *A*, *corr. Lin* 22 significat atque *Eng* significat qua *Lin* significat. quę *A* significat; quae *Gam* futura est *Gam* 24 habundantem *A* 27 hystorię *A* 28 quo *Lin*

dicebat: accede ad me et pertentabo te, fili, si tu
es filius meus Esau aut non. et quamquam ille esset 3
et Esau [esset] stola indutus et eius speciem pellium adsumptione
mentitus, tamen non sine suspicione contractatus a caeco est. ait
enim, cum palparet eum: uox quidem uox Iacob,
manus autem manus sunt Esau. ergo per haec
sollicitus in Esau Ysahac docetur affectus. quo postea reuertente 4
ex agro atque uenatu et se patri tamquam primogenitum, ut bene-
dic⟨at sibi⟩, ingerente et praereptione benedictionis comperta Ysahac
non commouetur; quin potius in benedictionis ipsius confirma-
tione persistit dicens: si dominum illum feci tuum
et omnes fratres eius feci illi seruos, fru-
mento et uino confirmaui eum, tibi autem quid
faciam, fili? quin potius fletu et lacrimis, ut se benediceret, 5
deprecanti ita ait: ecce ab ubertate terrae erit
habitatio tua et a rore caeli desusum et in
gladio tuo uiues et fratri tuo seruies. erit
autem, cum deposueris iugum ipsius a collo
tuo.

26. Unde igitur haec conuersio uoluntatis est? et cur dissentit
a se hominis affectus, nisi quod sermo scripturae et ad rerum
efficientiam et ad spei expectationem temperatur? sollicitudinem
f.7ᵛ interrogantis | de affectu patrio habuit, demutationem benedictionis
de spiritali scientia abnegauit. illic rem naturae egit, hic praefor- 2
mationis ordinem tenuit; illic pater in primogeniti sanctificatione
sollicitus est, hic in benedictione populi iunioris prophetae spiritu
perseuerat. et rem gestam historia loquitur et spem praefiguratam 3
suus ordo non deserit. sed ne in eo quidem prophetica ratio cessauit;
quin peccator et prior populus benedictionem populi iunioris posset
sperare, si crederet. omnibus enim patet aditus ad salutem et iter 4

1 Gen. 27, 21   5 Gen. 27, 22   11 Gen. 27, 37   15 Gen. 27, 39 sq.

1 si tu si tu (*duae priores uoces eras.*) *A*   3 esset *del. Lin*   8 et] *add.* offerens *Gam*   ut benedicatur (benedicat sibi *uel* se *Fed*) ingerente *Lin* ut benedic ****** (*c. 6 litterae eras.*) in gentem *A* ut benedicat in gentem *Gam* ut benedicatur gerente *Pit; cf. infra 14:* ut se benediceret (*Uulg. Gen. 28, 38:* mihi—benedicas) *et Hilar. in ps. 118 Samech 6 p. 491, 3:* his—se ingerentibus   16 desusum (r *s. alt.* s *m3*) *A*   20 dissentita se *A*   27 hystoria *A*

uitae non molestiis suis, quae utique nullae sunt, sed arbitrii nostri
iure difficile est. ad consequendam enim dei misericordiam humanae
uoluntatis est mora, quod ex hoc ipso, quia de Esau est, sermone
fit cognitum. benedici enim se poposcerat, sed pater spiritali motu
instinctus eum et saeculo reliquit et gladio permisit et seruituti
5 fratris addixit. sed ne haec in perpetuum et sine reditu paenitentiae
decreta existimarentur, benedictionem, quam postulabat, in id
distulit, cum iugum eius dominaturi fratris deposuisset a collo suo.
sui ergo relinquitur iuris iugum deponere, quia unicuique ad fidem
ius propriae uoluntatis est liberum benedictione tum digno, cum
se in fidei libertatem ex inreligiositatis seruitute transtulerit.

DE MOYSE.

27. Editio rerum in Moyse gestarum coeptae quoque iam ab
Adam praefigurationis ordinem tenuit. et dignum hoc misericordia
dei, ut omnium patriarcharum suorum gesta in aliquantum per-
fectionem eorum, quae in domino nostro consummanda erant,
2 imitarentur. ea enim, quae in uno illo et per unum illum expleta sunt,
per species et tempora et generationes praeformantur ex aliquo.
neque enim tot saeculorum imitatio consequi potuit id, quod in
uno illo est ueritatis, sed tamen nihil ita in singulis uel per singulos
gestum est, ut non ea, quae deinceps aut per eum aut in eo con-
summata sunt, prope ipsam gestorum praesentium imitationem
loquerentur.

28. Moyses etenim natus eo tempore, quo omnes masculini
| sexus editos Pharao necari praeceperat, per lignum aquae innatans f. 8v
2 dux populo reseruatur. odium et metus regis numquid non par
atque idem tempore eo, quo dominus noster secundum hominem est
natus, exarsit in eundem nobis hominem, quem adsumpsit per
sacramentum ligni atque aquae in se, ac sibi ad caelestem gloriam
3 deputatum et regem gentium constitutum? hunc deinde abluenda

24 cf. Ex. 1, 15—2, 10 30 cf. Ps. 2, 6—8

3 quia] qui *Gam* sermo ne *A* 4 spiritalis (s *alt. exp.*) *A* motus instinctu *Pit* 5 reliquit *Lin* relinquit *A* 6 imp petuum *A* 16 consumanda *A* 23 loquentur *A* 24 est enim *Gam* 28 eundem *Gam* eodem *A* 30 deputatum *Gam* demutato *A* deputato *Pit* in regem *Pit* constitutum *Gam* constituto *A Pit*

fluuio Pharaonis filia suscepit Moysen. soror cum adesset, nutricem ex Hebreis optulit. matrem deinde exhibuit, alendum illa suscepit et Pharao filiae retulit, quae receptum adsumpsit in filium.

29. Iunge personas, compara effectus, gesta intuere, inuenies
in praesentium imitatione consequentium ueritatem. sub Moysi
enim sorore lex usque ad sacramentum ligni atque aquae Christum
prosecuta est. in Pharaonis uero filia gentium forma est, quae, 2
quamuis secundum historiae fidem paruolum uiderit, tamen effectu
ipso uirtutem prophetiae retinuit. lex enim ecclesiae tamquam
Pharaonis filiae synagogam et nutriculam et matrem infantis exhibuit
ac sic spiritalis ordo conseruatus in gestis est. ab hac enim lege id
docente nutriri secundum carnem Christum conuenit, ab illa oportuit adoptari. magnus factus Moyses detentos in seruitio fratres 3
requirit. deinde dominantem et iniuriam uni eorum inferentem
Aegyptium prosternit ac postea ab eo ipso, quem de Aegyptio erat
ultus, arguitur. nonne Christus consummatae et perfectae aetatis
cum esset, populum suum, qui secundum carnem ei fratres sunt,
uisitat? uenit enim ad oues perditas domus Israhel.
nonne dominantem eorum diabolum prostrauit et uicit? nemo 4
enim uasa fortis diripiet, nisi prius fortem alligauerit. nonne
ab his ipsis, quibus et de diabolo ultionem et de seruitio
libertatem reddebat, arguitur? ita consummationem in deo gratiae
consequitur ea, quae in latore legis imitatio est.

30. Rubus in conspectu Moysi conflagrat nec tamen uritur: ecclesia uidelicet ex peccatorum persecutionum et temptationum flammis succenditur apostolo dicente: angustiam sustinentes, inopiam tolerantes, sed non abrelinquimur. |
f.8v deicimur, sed non perimus, semper passiones Iesu in corpore circumferentes, ut et uita Iesu Christi in corpore nostro

13 cf. Ex. 2, 11—14 18 Matth. 15, 24 19 cf. Matth. 12, 24 20 cf. Matth. 12, 29 24 cf. Ex. 3, 2 26 II Cor. 4, 8—10

2 ębreis *A* 3 Pharao = *genet.* quae *Lın* quem *A Gam* 4 effectus *Gam* affectus *A* 5 Moysi *Lin* moysę *A* Moysis *Gam* 8 hystorię *A* 11 id] et *Lin* 13 seruitio *Lin* seruitium *A Gam* 21 his *s. l. A* 24 rebus (rubus *in mg. m3*) *A* conflagrant *A*

2 manifestetur. ita omnium iniquitatum in nos incendia
desaeuiunt nec amburunt.

31. Ponitur deinde signum fidei uirga in serpentem demutata
et abolita serpens rursus in uirgam. sed demutatio ista ad fidei
2 confirmationem est, non ad naturae conuersionem. et quia in
uirga potestas est regni et in serpente diaboli nuncupatio est, cre-
dere in eum ammonemur, qui ex deo saeculorum Beelzebul
existimatus est, deinde ex Beelzebul dicto atque existimato per
resurrectionis demutationem deus saeculorum, id quod erat, agnitus
3 est. cuius rei fidem sequens signum specie imitationis expleuit et
spei satisfaciens et tempori. nam cum insinuata manus candorem
niuis accepit, in sinu paterno quiescentes nos, id est Abrahae et
Ysahac et Iacob, illuminandos esse significat natura corporis
4 nostri in speciem gloriae atque honoris absorta. cum autem rursum
ad id, quod fuerat, manus insinuata reuocatur, id, quod in signo
fuerat praeformatum, nondum esse docetur in tempore. cum uero
signo tertio aqua ex fluuio sumpta et in terram fusa sit sanguis,
sacramenti ratio miscetur his, siquidem qui per aquam abluti in
cognitionem sint sanguinis transituri.

32. Magnum est in his, quae sub patriarchis gesta sunt, ita rerum
effectum contineri, ut nihil sibi in his, quae postea in domino expleta
sunt, nec loco nec tempore nec ratione dissideat. in eo enim abso-
lutae ueritatis speciem imitatio praemissa consequitur et tamquam
2 imago eius formae, cuius est aemula, comparatur. gesta namque
sibi ipsa quidem ueritas est — secundum enim corporales efficientias
agebatur —, sed ipsa illa humanorum actuum ueritas diuinae erat
operationis imitatio et hoc ad ueram spei nostrae ac fidei erudi-
tionem ita fiebat, cum nihil in dei rebus repperiretur, quod non
tamquam praemeditatum antea in ipsis hominum et aetatibus et

3 cf. Ex. 4, 2—4 7 cf. Matth. 10, 25 9 cf. I Tim. 1, 17 11 cf. Ex. 4, 6 sq. 12 cf. Matth. 8, 11 13 cf. I Cor. 15, 54 17 cf. Ex. 4, 9

3 demutata *rep. in mg. Am4* 4 abolitus *Pil* uirgam *ex* uicem *A* uirga *Gam* 7 eum *Fed* eo *A Gam* 9 resurrectionis demutationem *rep. in mg. Am4* 12 accipit *Lin* 14 speciei *A* *formam* absorta *u. etiam apud Hilar. in ps. 138, 19 p. 758, 6 et 139, 11 p. 784, 16* rursum *Lin* sursum *A Gam* 15 reuocetur *Gam* 21 effectum *Gam* effectarum *A* 24 eius *Gam* cuius *A*, *del. Lin* 26 illa *s. l. A*

moribus et effectibus cerneretur. quamquam enim omni superiore 3
sermone ostensum sit usque ad egressum populi ex Egypto Moysi
gesta cum gestis aut in domino aut per dominum conuenire, tamen
f. 9r etiam nunc | corporeae ueritati imitatio spiritalis adnectitur.

33. In deserto enim populus sitiit, aqua amara est, murmur in
ducem est, lignum ostenditur tinctuque eius aqua dulcis efficitur
et in eo et iustificatio et iudicia et temptatio decernitur. atque 2
exinde ad duodecim fontes aquarum et septuaginta arbores palmarum uenitur et apud aquas considitur. auertant licet mentes
studia obnitentium et infidelium error inoboedientiae obice sensum
intellegentiae suae obseret, non tamen tanti operis poterunt ignorare
uirtutem. quid enim in se momenti lignum habebat quamue effi- 3
caciam in se materies inanimis continebat, ut amaritudinem aboleret,
ut dulcedinem gigneret, ut naturam et inueheret et auferret, dum
id, quod triste abhorrebat, dulce sentitur? et quia in eo, quod ad 4
praesens gerebatur, efficientia est uirtutis dei in aliud naturam ex
altero transferentis, tamen non eguisse ligni officio existimandus est,
ut demutationem aquis non nisi eius intercessione praestaret.

34. Uerum quia omnia deus poterat, arcanum operationis suae
in tempora reseruatum molitur in praesens. populo namque in
deserto moranti aqua inutilis erat et quidem populos pro aquis
saepe nuncupatos repperimus, cum dicitur: uiderunt te
aquae, deus, et timuerunt, et rursum: omnes
aquae, plaudite manibus. ergo siue ipsae per na- 2
turam suam aquae amarae siue omnis populus in deserto manens
et nondum promissionis terram adepturus per murmurationem,
quae ex contumacia gignitur, amarus ligni sacramento dulcis efficitur. et non solum ab eo, quod erat, deficit, sed in melius et ultra
usum necessarium mutatur; non enim solum amara esse desiit,

5 cf. Ex 15, 23—27   9 cf. Cicero de oratore III 18   22 Ps. 76, 17
23 cf. Ps. 46, 2 et Ps. 97, 8

4 ueritati *Pit Lin* ueritatis *A Gam*   5 *initio huius capitis nonnullae uoces in A non nisi difficulter leguntur*   eñi (*litt. fere euanuerunt*) *A* autem *Gam* sitit *Lin*   sitiit aqua: amara est *Gam*   10 herror *A*   sensum *Gam* sensu *A* sensus *Lin*   13 inanimis *Pit* in amis *A*   auoleret *A a. c.*   15 aborrebat *A*   17 existimandus *Lin* existimandum *A Gam*   19 archanum *A*   23 *de forma loci s. scripturae u. Studien III 130*   24 plaudete *A*

3 sed dulcis est reddita. lignum ergo et in praesentem aquam operatur et in populis sub aquae nomine nuncupatis sacramento uirtutis suae utile est.

35. In hoc ligno apud eundem Moysen uita omnium pendet, cum dicit: uidebitis uitam uestram pendentem in conspectu oculorum uestrorum nocte et die et timebitis et non credetis uitae uestrae. hoc in panem apud Hieremiam inicitur ita: super me cogitauerunt cogitationem dicentes: uenite, ini-
2 ciamus|lignum in panem eius. ex hac materie f. 9r
uirga est magos uincens, Pharaonem terrens, Aegyptum conterens, mare diuidens, pelagum refundens, fontem eliciens, amaritudinem adimens, dulcedinem tribuens; huius enim sacramento mitificantur infidelium corda et ex peccatorum atque impietatis amaritudine
3 in fidei dulcedinem transferuntur. ac ne non omnia sacramenti latentis effectibus conuenirent illis, quae tunc gerebantur, scriptura subiecit dicens: ibi posuit deus iustificationes et iudicia et ibi temptauit eum. 'ibi' cum dicitur, non loci significatio est, sed facti. non enim in loco illo ullas dispositiones iustificationum et iudiciorum et temptationum extare inuenimus.

36. Contra uero in ligni sacramento, in quo dominus pependit, in quo secum omnia, quae humani generis saluti aduersabantur, adfixit, et iustificatio est, quia iustus ex fide est, et iudicia sunt, quia, qui non credit, iam iudicatus est, et temptatio est, quia per scandalum crucis salus est; crux enim pereun-
2 tibus stultitia, uirtus autem dei in salutem credentibus. itaque cum opprobrium crucis temptatio est fidei, cum infidelitas causa iudicii, cum fides iustificationis est merces, merito sacramento ligni aquam ex amaritudine in dulcedinem transferentis et iustificatio et iudicia et temptatio continetur.

5 Deut. 28, 66 8 Hier. 11, 19 17 Ex. 15, 25 21 cf. Col. 2, 14 23 cf. Rom. 1, 17 24 Ioh. 3, 18 25 cf. Gal. 5, 11 cf. I Cor. 1, 18. Rom. 1, 16

4—5 In hoc—pendentem *traditur etiam in B, de loco s. scripturae u. Studien III 123* 5 pendentem] *add.* in ligno *B* 10 panem *Lin* pane *A Gam* 12 pllagū *A a. c.* 14 et (t *corr. ex* x) ex *A* etiam *Gam* 21 sacramento] *add.* non, *sed postea del. A* 28 marito *A*

37. Et uenerunt in Elym et erant ibi duo-
decim fontes aquarum et septuaginta arbores
palmarum. consederunt autem ibi ad aquas.
consummatur ergo in rebus gerendis dispositio spiritalis; nam ex
Merra, loco amaritudinis, in Elym, ubi XII fontes aquarum et
septuaginta arbores palmarum erant, uenitur. post cognitionem 2
sacramenti ligni, apostolicae uidelicet euangelicae praedicationis,
sedes expetitur septuaginta praedicatoribus pro tempore inumbran-
tibus et duodecim apostolis in aeternum fluentibus et, quia
septuaginta praedicatores euangelii electi infideles postea reperti
sunt, cum tamen fructum fidei subiectis sibi immundis spiritibus
rettulissent, apostolis in fidei praedicatione durantibus, facta
licet septuaginta arborum cum duodecim fontibus mentione,
f. 10r secundum tamen scripturae fidem in sola aquarum | sede requiescitur.

38. Iam uero in coturnicum carnibus et mannae cibo quanta
et quam absoluta rei spiritalis est ratio! populus, qui ex Egypto
fuerat eductus, aduersus duces murmurat; carnes, quibus in Egypto
uti solebat, desiderat. grex coturnicum uespere aduolans castra
operit; earum carnibus populus alitur. matutino manna inuenitur. 2
sine discrimine aetatis aut sexus unicuique idem mensurae modus
decernitur: plus colligens non abundat, minus recondens non eget.
in his, quae ultra necessitatem erant, uermis ecferbuit. et quod
de manna in campo relecta erat reliquum, sole incalescente contabuit.
die sexto duplum reconditur nec corrumpitur, die septimo manna 3
abstinetur, quibusdam tamen in cassum expectantibus. ad postre-
mum gomor singulis destinatum uase aureo reconditum futurae
generationi in testimonium reseruatur.

39. Atque etiam illud contuendum est, quod manna in temp-
tationem datur: per eius obseruantiam unusquisque, an praeceptis
dei sit idoneus, probaturus. ita enim scriptum est: dixit do-
minus ad Moysen: ecce ego pluam uobis panes

1 Ex. 15, 27 5 cf. Ex. 15, 23 8 cf. Luc. 10, 1. 17 10 Ioh. 6, 67
15 cf. Ex. c. 16 30 Ex. 16, 4

4 consumatur *A* 10 in fideles *Pil* 13 mentio *A* 15 coturni cum *A*
16 re *A* 19 eorum *Gam* matutino] maturius *Gam* 21 habundat *A*
23 relecta *Lin* relicta *A Gam*; *cf. Ex. 16, 20 sq. et infra p. 28, 25*: collecta
24 sexto *Fed* sexta *A* 29 unusquisque—probaturus *Eng pro nom. absol. habet*

de caelo et exiet populus et colliget unius
diei in diem, ut temptem eos, si ingredietur
2 in legem meam an non. de carnibus uero ita dictum est:
ad uesperam editis carnem et mane replemini
pane. comestio ad uesperum in carne, expletio autem mane
3 significatur in manna. ergo quod ad carnem pertinet, illud est,
quod populus in deserto manens desiderio consuetudinis detinetur;
nam carnes Aegypti desiderat. assumit ad uesperum, infidelis
scilicet deo et promissorum eius impatiens usque ad consumma-
tionem saeculi, quae significatur in uespere, desideriis mundi, qui
4 sub Aegypto frequenter significatus sit. denique semel tantum
hanc carnem populus habuit, ut data non ad usum necessarium,
sed ad praefigurationis significantiam doceretur. in manna uero
temptatio est; temptatur enim per eam populus, utrum oboediens
deo futurus sit, id est utrum uerum de caelo panem digni erunt
sumere, et temptationis huius ratio de consequentibus expetenda est.

40. Mane inuenitur; hoc enim in resurrectione domini caelestis
cibi tempus est. idem uniuersae aetati et sexui praestituitur; secun-
dum naturam humanam | contrarium — quando enim tantundem cibi f. 10r
paruolo et uiro necessarium est? —, sed secundum spiritalem prae-
formationem aptissimum est aequaliter uniuersis caelesti cibo
impertiendo, ad uirtutem partibus indiscreto — sacramentum enim
scientibus loquimur — non abundante quoquam de maioribus neque
indigente de minimis, aequaliter scilicet omnibus ex eo, quod dis-
2 cretum partibus sumebatur, expletis. in his autem, quae collecta
ultra mensuram sunt et in mane exuberauerunt, quod et uermis
et putor est, non ambiguum est eis, qui ultra caeleste munus et
doctrinam spiritalem non necessaria congregauerint, esse ea et

4 Ex. 16, 12 17 cf. Marc. 16, 2. 6 23 cf. Rom. 7, 1

4 comedetis *Uulgata, sed cf. Studien III 122 sq.* 9 patiens *Gam* 10 desideriis] *praem.* detinetur *Lin* desideriis mundi *i. e. propter desideria m.* quem *Pit* 11 significatus sit *Eng* significaturus sit *A Gam Pit* significatur *Lin* 13 ad praefigurationem significandam *Lin* significationem *Gam* 16 temptatione *A* 19 *litt.* nim tant *in A sunt euanidae, Gam adhuc legere potuit:* quando enim tantumdem 22 indiscreto *sc. cibo, qui quoad uirtutem partibus non erat discretus* indiscretis *Lin* 23 habundante *A* 24 discretum] indiscretis *Lin* 25 patribus *A* 27 eis *Lin* eos *A Gam* cęlestē unus *A*

sensu faetida, id est a ueritate corrupta, et daemoniorum uitiis ecferuescentia, scilicet uermibus inquieta, sole incalescente, id est Christo, qui sol iustitiae est, ad iudicium reuertente quondam soluenda de liquido.

41. In duplici autem die sexto ob septimi requiem mannae con-
gregatione spiritalium operum accumulata praeparatio admonetur
praeparatis bonis tum, cum requies adsit, usuris. denique quod de
sexto die superest, non corrumpitur, cum, quod extra mensuram
ceterorum dierum sit, faeteat. ita et his, quae extra praescriptum 2
sint, praesumpta corruptio est. in hoc igitur aetatis nostrae tem-
pore operandum est, quo uti possimus in requie. tempus autem
huius sexti millesimi anni est, quod sub numero diei sexti signi-
ficatur propheta dicente: quia anni mille in con-
spectu domini tamquam dies una. alitur ergo po- 3
pulus die septimo, id est requie domini, cibis pridie conditis et his,
quae praeparauerat, utitur non reperturus septimo, quo ali possit,
multis in campum prodeuntibus et nihil repperientibus, conclusis
scilicet temporibus saeculorum nihil aliud in usum requiei nostrae,
quam quod ante a nobis sit praeparatum et conditum, reperturi.

42. Reseruari deinde uase aureo in progenies futuras gomor
mannae in conspectu domini iubetur. sed ubi tandem hoc uas est et
ubi est manna, quae condita est post frequentes populi captiuitates?
post gemina excidia urbis et templi non extat, quod repositum est.
et quid? ergo ignorasse deum manna non posse in progeniem reser- 2
uari existimamus? non utique ipsa futura hominum consilia pro-
f.11r uidens ignorasse credendus est, | sed per speciem aurei uasis et
mannae in conspectu dei conditae et in futuras generationes reser-
uatae pretiosum eum et aeternum futurum, qui acceptam corpore

3 cf. Mal. 4, 2   13 Ps. 89, 4

2 et feruescentia *A; cf. supra p. 27, 22:* ecferbuit   in calescente *A*   id est *Gam* idē *A*   3 quodā *A*   5 congregationē *A, corr. Lin*   8 sup** (*litt. una uel duae eras.*) est *A*   9 praescriptum *Lin* pscriptum *A*   15 septima *A, corr. Fed; cf. paulo post:* septimo   16 prepauerat (ra *s. l.*) *A*   repturus *A*   17 campum *Lin* campo *A Gam*   19 ante a *Lin* antea *A Gam*   21 mannae *Pit* magnę *A Gam*   iubetur *Lin* iubemur *A Gam*   24 reseruare *Gam*   26 credendum *Gam*   27 conspectu (*litterae cons uix legi possunt*) *A*

suo tamquam uase aureo mannam reseruaturus esset, ostendit deo suscepti huius a nobis spiritalis cibi incontaminatam custodiam contuente.

LIBER SECUNDUS.

DE OSEE.

1. Et in libro prophetarum ad Osee et alius domini sermo
legitur: uade, accipe tibi uxorem fornicationis,
quoniam fornicando fornicabitur terra a do-
2 mino. et post multa, quae media sunt plena maledictionis in eam,
et post partum Israhel et Non-dilectae et Non-populi-mei haec
cognoscuntur: disponam autem illis ea die testamentum cum bestiis agri et uolatilibus caeli et serpentibus terrae et arcum et frameam et bellum conteram de terra et conlocabo te in spe ⟨et sponsabo te mihi⟩ ipsi in aeternum. sponsabo te mihi in iustitia et fide et cognosces dominum. et erit in illa die, dicit dominus: exaudiam caelo et caelum ⟨exaudiet⟩ terrae et terra exaudiet frumentum et uinum et oleum eaque audiet Israhel. et seminabo eam mihi super terram et diligam Non-dilectam et dicam Non-populo-meo: Populus-
3 meus tu. et quantum arbitror, nullus cunctandi locus est, quin
praefiguratam hic ecclesiae praefigurationem intellegamus, cum quando apostolus id, quod superius de huius fornicariae filiis ad

7 Os. 1, 2 11 Os. 2, 18—24

4 Explic. liber p̄m; Incip Sc̄ds. de osee *A*; *initium libri secundi deesse uidetur, cf. Praef. I 5* 6 Et (t *fere exstinctum est*, In *A* prophetiarum *Liñ* oseę *A* alius *Fed* aliis *A Gam* 8 qm̄ *A* quam *Gam* 10 ih̄l *A*; *cf. Praef. I 1* 11—20 *de loco Oseae u. Studien III 125* 11 testamentum] *praem.* in *Gam* 15 et sponsabo te mihi *om. A per haplographiam, add. Eng; cf. LXX: καὶ μνηστεύσομαί σε ἐμαυτῷ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ μνηστεύσομαί σε ἐμαυτῷ* 17 dicit *s. l. A* 18 exaudiens caelo caelum et terrae terra *Lin ex sequentibus infra p. 31, 23* exaudiet *suppl. Fed; cf. LXX: καὶ αὐτὸς ὁ οὐρανὸς ἐπακούσεται τῇ γῇ* 20 audiet] exaudiet *Gam* 24 cum quando *pleonastice dictum pro* cum *uel* quando

Osee erat dictum, referendum esse ad fidelium populum existimauerit dicens ad Corinthios: u o c a u i t n o s n o n t a n t u m e x I u d e i s, s e d e t i a m e x n a t i o n i b u s, s i c u t e t i n O s e e d i c i t: u o c a b o e u m, q u i N o n - p o p u l u s - m e u s, P o p u l u s - m e u s e t N o n - d i l e c t a m D i l e c t a m. e t e r i t i n l o c o, q u o c u m q u e u o c a b u n t u r N o n - p o p u l u s - m e u s, i l l i c u o c a b u n t u r f i l i i d e i u i u i.

2. Quod igitur in propheta corporaliter gerebatur, id est
coniugium atque generatio — nam ex fornicaria tres geniti sunt, quo-
rum primus ex praecepto dei Israhel nuncupatus est, sequens nata
Dilecta dicta est, tertius Non-populus-meus uocitatus —, id per deum
ad spiritalem intellegentiam et confirmatur et geritur. hanc enim for- 2
nicariam iunctam prophetae sponsam sibi dominus in iustitia et fide
effecit testamentum disponens cum bestiis agri, id est cum homi-
f.11r nibus iure saeculi | inmanibus, et cum uolatilibus caeli, scilicet
sub inanitate mundi huius et uacuitate uiuentibus, et cum serpen-
tibus terrae, nempe uenenato animo atque fallente in corpore con-
stitutis, arcum in serpentibus, frameam in uolatilibus, bellum
contriturus in bestiis, ex genere telorum et animantium nominibus
diuersos humanae mentis instinctus edomiturus in pace, bella
bestiarum, iacula uolantium, uenena serpentium.

3. Exaudiens quoque caelo caelum et terrae terra signi-
ficat in eo, qui audiat et qui audiatur, diuersitatem in numero,
id ipsum tamen, quod audiat audiaturque, esse demonstrans,
cum caelo caelum exaudiat et terrae terra, significatio uero et
diuinitatis in caelo et corporalitatis in terra. et quia dominus
ex deo homo natus est ⟨et⟩ nos ex homine sumus conformes
deo futuri, idcirco caelo caelum et terrae audiet terra. in 2
frumento uero et uino et oleo, quod audiet, cum utique his insen-

2 Rom. 9, 24. 26 23 cf. Os. 2, 21 29 cf. Os. 2, 21

2 dicentis *A* chorinthios *A* 5 populum meum *Lin* 6 quocumque uocabuntur] *cf. LXX (cod. FG): οὗ ἂν κληθήσονται; cf. etiam Studien III 127* uocabantur *Lin* 9 igitur *Eng* dicitur *A Gam* id est *Gam* idē *A* 12 Dilecta dicta *Eng* dilecta dilecta *A Gam* Dilecta *Lin* 14 et *s. l. A* 15 effecit *Gam* efficit *A* dispones *A* 16 in manibus *A* 18 nempe *Gam* nāq; *A* 21 in stinctu se domiturus *A* 27 terra *sc. est* qa (*ex* ea) *A* etiam *Gam* 28 et *add. Fed* 29 deo *Lin* dī *A* 30 in sensibilibus *A*

sibilibus sensus audientiae nullus sit, tamen sub sacramento unc-
3 tionis et corporis se esse, qui in his sit auditurus, ostendit. per quae
audiente Israhel desponsatam sibi in spem fornicariam seminauit
praetermisso eo, qui nuncupatus est Israhel, ceteris honorem
demutationis impertiens, ut, qui non populus suus erat, Populus
suus sit et, quae non erat dilecta, Dilecta sit.

4. Israhel namque in Abraham patre suo electus ex gentibus
est, ut in Psalmis dictum est: *domus Iacob de populo
barbaro*. sed peccatis immorans et uanis religionibus deditus
et promissis dei infidelis promissorum effectus capere non meruit
2 et prior electus in dei populum honorem electionis amisit. tacetur
enim de Israhel prius ex fornicaria edito et omnis de postea genitis
dei sermo est reiectis antea et ab affectu ac proprietate summotis
natis ad non diligendum, genitis ad non utendum. sed primum
fornicaria in sponsam deo fidei et iustitiae electa; dehinc qui non
dilecti, qui non sui, qui de fornicariae partu, hi *uiuentis dei*
3 *filii* nuncupantur. et hic quidem dei sermo, quo propheta
uxorem accipere fornicariam iubetur, idcirco commemorandus fuit,
ut, quia praeformari omnia per gesta ueteris testamenti eaque in
domino et per dominum gerenda esse docemur, hoc ipso, quod pro-
phetae fornicaria | iungitur, intellegeremus ostendi gentilem igno- f. 12r
rantiam doctrinis prophetalibus copulari, ex quibus geniti ex non
dilectis dilecti, ex non populo populus, ex fornicaria matre dei
filii uocarentur.

DE HIESU NAUE.

5. Et hoc quidem quamuis utile fuerit ad cognoscendam spiritalium gestorum significantiam tractasse, tamen hac uel maxime causa hic locus commemoratus a nobis est, ut, quia futurus nobis

8 Ps. 113, 1   16 Rom. 9, 26

3 forniariam *A*   6 quae non erat, dilecta sit *Gam*   11 priore lectus *A*   12 exfonicario *A*   13 relectis *Gam* relictis *Lin*   15 fornicaria *Pit L'n* fornicariā *A*   16 uiuentis *Lin* uidentis *A Gam; cf. graec.: θεοῦ ζῶντος*   19 quia *om. Gam Pit*   eaque *Gam* eaquę *A* ea, quae *Lin*   in dn̄m *A a. c.*   20 essent *Lin* doceremur *Pit*   docemur. Hoc *Gam*   21 intellegemus *Gam* intelligamus *Lin*   25 *u. infra notam ad p. 33, 7*   26 ex hoc *Gam*   26—33, 5 et hoc quidem—desponsa *rep. A, sed postea priores sententiae atramento rubro deletae sunt*

de Raab sermo esset, per quem praeformari in ea ecclesiam ostenderemus, tuto comparationem hanc ecclesiae atque meretricis pro sensus nostri intellegentia poneremus, cum quando fornicaria prophetae iuncta ad ecclesiae praeformationem in spem aeternam
iustitiae et fidei et cognitionis dei repperiretur esse desponsa. et 2
in eo quidem, quod sub Hiesu omnia in ea gesta sunt, maxima uirtus est prophetiae. in Hiesu enim cognominato absoluta futuri sacramenti ratio monstrata est. namque post multum dei ad Moysen sermonem, cum dictum ei esset, ut omnia secundum speciem, quam in monte uidisset, faceret in terra, Hiesum, qui Auses antea uocitabatur, cognominauit ducem populo ad terram repromissionis pergenti futurum. ad speciem caelestis uisionis iussus Moyses uniuersa disponere illud duci futuro nomen adiecit, quod erat aeterno duci iam in caelestibus praeparatum.

6. Nam ut hic synagogae princeps, ita ille ecclesiae. ut ⟨hic⟩ dux promissae terrae optinendae, ita ille dux terrae hereditandae, de qua dominus ait: beati mites, quoniam ipsi
hereditabunt terram. ut hic post Moysen, ita ille post 2
legem. ut huic iterata cultello petrino circumcisio praecepta, ita a domino, qui et uerbum acutum est penetrans usque ad diuisionem animae et lapis angu-
f. 12r laris, circumcisio cordis spiritaliter | innouata est. ut hic diuidens aquas, ita ille diuidens populos; ait enim: non ueni pacem
mittere, sed diuisionem. ut hic lapides duodecim in 3
testimonium aeternum et ex profundo in terram reserauit et ex terra in profundo collocauit, ita ille apostolicam doctrinam et ex synagoga protulit et in synagoga dereliquit etiam nunc ea, si uellet, usura, cum ad testimonium aeternum in duodecim lapidibus apostolica doctrina et prolata esset ex lege et tamen repperiretur in lege.

10 cf. Num. 13, 17. 27, 18 sqq. 17 Matth. 5, 4 19 cf. Ios. 5, 2 sqq. 20 Hebr. 4, 12 21 cf. Eph. 2, 20 etc. 22 cf. Esai. 28, 16. Rom. 2, 29 cf. Ios. c. 3 23 Matth. 10, 34. cf. Luc. 12, 51 24 cf. Ios. c. 4

1 quam *Lin* ea] eā *Am1* 6 ihm *A* 7 Hiesu] *add. in mg.* de ihu naue *A* 13 adiecit] adlegit *Gam* 15 *alt.* hic *add. Lin* 16 optinendi *A* 19 hic (u *s. l.*) *A* 22 spalit *A* specialiter *Gam* 25 reseruauit *A Pit*, *corr. Gam* 26 ex (x *ex* t) sinagoga *A* 27 dereliquit (n *s.* q) *A* ea *s. l. A*

7. Diuisio autem ipsa aquarum quam euidens quamque abso-
luta est, cum pars integra et plena constiterit, altera arefacto
alueo in mare omnis effluxerit media tamen arca domini cum
2 sacerdotibus constituta! qua significatione intelligitur partem populi
a cursu peccatorum et mortis suae in aduentu arcae dei, id est
aduentu corporeo, destituram cetera in mare, hoc est in damp-
nationem saeculi huius et consortium, defluente.

8. Sub hoc igitur Hiesu quae a Raab et in Raab gesta sunt,
contuendum est. exploratores namque duo ad speculandam
terram et in Hiericho ciuitatem ad meretricis huius domum
2 deuerterunt. hos suscipit et occultat; rege ab ea deditionem eorum
postulante reuersos esse mentitur. deinde ipsis domi conditis ait
scire se, quod omnia urbis eius ipsis dominus tradiderit deumque
eorum esse s u s u m i n c a e l o e t i n t e r r a d e o r s u m.
3 ut se atque omnem domum suam tempore capiendae urbis con-
seruent, precatur. exploratores pollicentur, quicquid intra domum
eius repertum esset, incolume mansurum, sibi ipsum ⟨reum⟩
futurum, quisque domo esset egressus; esse autem signum pen-
dentis de fenestra restis coccineae constituunt remque omnem
4 Hiesu nuntiant. ad urbem deinde acceditur. hanc sacerdotes cum
arca domini sex diebus circumeunt, septimo autem die cum septies
circumissent, tuba canente ciuitatis muri conciderunt et cunctis,
qui in urbe erant, peremtis sola Raab ab Hiesu cum [cum] omni
domo sua conseruatur.

9. Hic ordo rerum magnis spiritaliter gerendorum sacramentis conexus est. duos ab Hiesu missos terrae exploratores meretrix domi

1 cf. Ios. c. 3 9 cf. Ios. c. 2 14 Ios. 2, 11 17 cf. Ios. 2, 19 20 cf. Ios. c. 6

4 qua] aut *Gam Lin*, *plura periisse putat Lin* 6 destituram *Lin* destituturam *A Gam* damnatione *Gam* 8 a Raab *Lin* ara hâb• *A* sub Arahab *Gam* 9 contuenda *Lin* est *om. Lin* 10 et] missi *Lin* 11 suscepit *A*, *corr. Lin* 14 susum *Fed* suum• *A*; *cf. infra p. 35,2:* deus et in caelo susum 15 capienda (*alt.* a *exp. et* e *s. l. m2*) *A* 17 ipsi *Gam* reum *s. l. Am2*; *cf. infra p. 35,13:* sibi reus est constitutus 18 quisque (= *quisquis*)] quisq; *A* quisquis *Gam* 19 uestis *Gam* 20 iħu (*post* u *sequitur litt. similis* i, *sed uidetur esse reliqua ex aliqua priore scriptura, quae in pluribus foliis conspicua est*) *A* 21 circum eunt *A* 23 *alt.* cum *del. Gam* 25 gerendarum *Gam*

suscepit: legem et prophetiam ad explorandam hominum fidem
missam peccatrix ecclesia recepit, per quam confitetur deus et
in caelo susum et in terra deorsum. post spiri-
talem eius generationem natiuitatem contestatam corpoream didicit
f.13v enim in his: post hoc in terris uisus est|et inter
homines conuersatus est. ab hisdem etiam signum 2
salutis accepit in coccino, colore scilicet pro dignitate regio et pro
corporatione sanguineo, quod utrumque in passione conuenit, cum
et tali habitu dominus indutus est et sanguis ei fluxit e latere. hoc 3
coccinum et Manasses accepit in signo, hoc sanguine et consignatae
in Aegypto domus tutae sunt et testamenti liber conspersus est
et sanctificatus est populus. quisque autem de familia extra domum
repertus esset, sibi reus est constitutus docens eos, qui extra
ecclesiam fuissent, causam sibi mortis futuros.

10. Hiericho autem in huius mundi speciem posita sex diebus
circuitur, septimo ad uocem tubae concidit et domus Raab per
Hiesum integra reseruatur. sex milium enim annorum in sex diebus 2
tempus ostenditur, quo circa mundum est oberratum et quodam
generationum circulo circumcursatum, eodem ipso mundo ad tubae
uocem in tempore septimo millesimo resoluendo, sola ecclesia per
exploratorum susceptionem, per dei in corpore confessionem, per signum coccini per Hiesum decretum, cum omni sua familia reseruanda.

---

11. Admonuimus frequenter eam lectioni diuinarum scripturarum diligentiam adhiberi oportere, quae sollicito examine et iudicio non inani posset discernere, quando rerum gestarum commemoratio uel simpliciter esset intellegenda uel typice, ne intemperanter atque imperite utroque abusi utrumque inutile audien-

1 cf. Hebr. 11, 31 2 Ios. 2, 11 5 Bar. 3, 38 9 cf. Ioh. 19, 34 10 cf. Gen. 48, 14 11 cf. Ex. 12, 7 cf. Ex. 24, 7 sq. 12—14 cf. Origen. in l. Iesu Naue homil. III 5

3 sursum *Gam* 7 coccineo *Gam* regia *Lin* 8 sanguinea *Lin* 9 ei *Gam* ej *A* eius *Lin* 12 quisq; *A* quisquis *Gam* 13 esset] est *Lin* 15 sex (x *mut. in* d, *sed in mg. iterum* sex) *A* 16 et] sed *Lin* 18 circa] circulo *Pil* et oberrat *Lin* esse obseratum *Pit* 19 generationis *A p. c.* circum cursatum *A* circumcursat *Lin* 20 septimi millesimi *Lin* 22 coccini, per Iesu *Eng* ihm *A* 23 *capitulis 11—15 totius operis perorationem contineri putat Eng* 27 abusi *Fed* aut si (si, *angustius scriptum, uidetur esse additum postea a m1*) *A* usi *Eng* aut *Gam, Lin supponit lacunam*

tibus redderemus, si aut simplicium cognitio inani praefigurationum assertione corrumperetur aut uirtus praefigurationum sub simplicium opinione ignoraretur, quamquam ita se diuinae scripturae sermo habeat, ut, ut nihil illic inane nihilque extra causam alicuius necessitatis, nihil non sub discrimine consectandae a nobis intellegentiae editum repperiatur.

12. Namque dum creatio orbis refertur, deus cognoscitur in creando; dum Enoch translatus auditur posse effici, homo intellegitur aeternus; dum Loth perustis quinque ciuitatibus reseruatur, curam deo esse innocentium discimus; dum contra edictum dei retro respiciens uxor eius in columnam salis demutatur, ad oboedientiam constitutionum dei exempli metu erudimur; dum peccata Amorreorum expectantur impleri, et misericordiam dei et iustitiam cognoscimus, cum et | expectatione eius desinendi nobis a peccatis *f. 13r* tempus prorogetur et in consummationem scelerum ultio dilata decernitur.

13. Iam uero generationum ordo, Abrahae electio, patriarcharum procreatio, populi seruitus, Egyptiorum clades, maris diuisio, mannae irroratio, legis constitutio, sacrificiorum distinctio, iudicum tempus, regnorum cognitio, populi in captiuitatem transmigratio, sanctorum uisio, admonitio prophetarum in quantum ad cogni-
2 tionem necessaria est! in omnibus enim memoratis superius deus pater et deus filius et ex deo patre deus filius, deus et homo Iesus Christus, agnoscitur, dum in creatione mundi deus iubet et deus efficit, dum homo ad communis imaginis speciem formatur, dum pluit sulphur et ignem dominus a domino — nam nec sibi quis iuberet, ut faceret, nec communionem suam ad alterum solus extenderet nec sibi daret atque a se unus acciperet —, dum homo ab Abraham uidetur et deus adoratur, dum in Iacob lucta ab homine deus

7 cf. Gen. 1, 1 sqq. 8 cf. Gen. 5, 24 9 cf. Gen. 19, 29 10 cf. Gen. 19, 26 12 cf. Gen. 15, 16 25 cf. Gen. 1, 26 sq. 26 cf. Gen. 19, 24 28 cf. Gen. 18, 2 sq. 29 cf. Gen. 32, 24

4 ut, ut] ut *Lin* 5 consectanda ea *A* 9 curam deo *Lin* coram deo *A* coram deo ⟨curam⟩ *Gam* 10 incocentium *A a. c.* 15 prorogatur *Gam* 20 captiuitate *A Gam, corr. Lin* 24 in creatione *Fed* in creationē *A* in erectionem *Gam* 27 extenderet *Lin* ostenderet *A Gam; cf. Hilar. de trin. II 4:* ut Sabellius patrem extendat in filium

uidetur, dum hominem tenens benedici se a domino postulat, dum a Nabuchodonosor tribus tantum pueris in caminum missis similis dei filio quartus aspicitur, dum parit uirgo Emmanuhel eum, qui nobiscum deus est.

14. Haec ergo ab omnibus significata in uno illo cognita et expleta reseruari in memoriam scriptis et consignatis uoluminibus conuenit, ut posteritas successionum gestis temporis anterioris instructa et praesentia etiam in praeteritis contemplaretur et praeterita nunc quoque in praesentibus ueneraretur. namque eadem 2
cum perfecta ueritatis cognitio est, si ueritas ex ratione intelligatur — omnia enim ad cognitionem nostram atque ad firmissimam iudicii nostri fidem scripta sunt —, neque haec, quae ex sententia dei in libros relata sunt, cognitione posteritatis eguerunt. sed cognitione 3
scripturarum posteritas indigebat, ut ueritatem disceret, ut doctrinam ueritatis ex ratione susciperet, ut scientiam uitae tamquam ab ipsis cunis prouectam sequeretur, scilicet non ambigeret deum ex deo, cum dominus plueret a domino, non ignoraret deum unum innascibilem, cum deus iuberet, non nesciret deum unigenitum, cum deus faceret, non ambigeret, quod duo unum sint, cum unum communis imaginis in homine conderetur exemplum, non negaret. quod deus in hominem *
* *
* *

15. *
* *
f. 14r | patribus genitos. et promptum est audire Paulum gloriantem, quod ex Hebreis Israhelita sit de tribu Beniamin. ergo cum Heliae officium sit conuertere corda patrum ad filios,

1 cf. Gen. 32, 26 2 cf. Dan. 3, 92 3 cf. Esai. 7, 14 4 cf. Matth. 1, 23 7 cf. 1 Cor. 10, 11 27 cf. Rom. 11, 1 28 cf. Mal. 4, 5—6. Luc. 1, 17

3 similis *Pit Lin* simili *A Gam* hemmanuhel *A* 9 eadem *del. Lin* eadem, cum *Gam* 10 ueritas] *praem.* eadem *Lin* 16 prouectam *Fed* prouecta *A Gam* profectam *Lin* non *s. l. Am2* 21 qd̄ *A* quando *Gam* *lacunam indicaui (excidit in A minimum 1 folium; cf. Praef. I 5)* 26 paulū glantē (*nonnullae litt. uix legi possunt*) *A*

perfectae ei praedicationis mysterium reseruatur, ut ad eam fidem patres conuertat, quam iam eiusdem spiritus prophetiae confirmauit in filiis.

1 ei *Fed* ej *A* eius *Gam; cf. supra p. 35, 9* misterium *A* 3 *add.* Finit tractat; mysteriorum s̄ hylarii ep̄i ab ad̄a usq; ad noe. deinde abrae̦. ysaac. iacob. moysi. et osee̦ pp̄he̦. et helie *A*

II.
EXCERPTA EX OPERE HISTORICO S. HILARII DEPERDITO,
LIBRIS TRIBUS, UT UIDETUR, ADUERSUM UALENTEM ET URSACIUM.

A. COLLECTANEA ANTIARIANA PARISINA
(FRAGMENTA HISTORICA).

B. APPENDIX AD COLLECTANEA ANTIARIANA PARISINA:
ORATIO SYNODI SARDICENSIS AD CONSTANTIUM IMPERATOREM
ET
TEXTUS NARRATIUUS S. HILARII
(LIBER I AD CONSTANTIUM).

C. LIBRI TRES ADUERSUM UALENTEM ET URSACIUM
ex Collectaneis Antiarianis Parisinis et Appendice, libro I ad Constantium,
per coniecturam dispositi.

A.

COLLECTANEA ANTIARIANA PARISINA (FRAGMENTA HISTORICA).

INDEX NOTARUM.

1. Ad totam collectionem pertinent:

A = cod. Parisinus Armamentarii 483 s. IX.
S^1 = lectiones uariantes e cod. Remensi S. Remigii deperdito (S), a Sirmondo collectae et a Coustantio traditae.
S^2 = eaedem lectiones uariantes ab Harduino traditae.
T = cod. Pithoeanus ex A descriptus et nunc deperditus s. XV.
C = cod. Parisinus 1700 ex T descriptus s. XVI.
$Cm2$ = cod. C a Nicolao Fabro correctus.
Fab = editio Nic. Fabri, Parisiis 1598.
Cou = editio Maurinorum (Petri Coustant), Parisiis 1693.
γ = Faber et Coustant consentientes.
crux (†) ante nomina propria significat nomina incerta.
notas alias u. p. 2.

2. Ad nonnulla documenta pertinent:

W = cod. Ueronensis LX s. VII (collectio Theodosii diaconi).
Δ = collectio Dionysio-Hadriana:
- D^1 = cod. Parisinus 8921 s. VIII.
- D^2 = cod. Parisinus 11710 s. IX.
- D^3 = cod. Parisinus 3840 s. IX.
- D^4 = cod. Parisinus 11711 s. IX.
- D^5 = cod. Monacensis 6355 s. IX/X.
- D^6 = cod. Monacensis 6242 s. X.
- D^7 = cod. Monacensis 5258 s. X.
- D^8 = cod. Lucensis 125 s. X.

H = collectio Hadriana aucta:
- H^1 = cod. Monacensis 14008 s. IX/X.
- H^2 = cod. Uallicellianus A. 5 s. IX/X.
- H^3 = cod. Uercellensis LXXVI s. X.
- H^4 = cod. Uaticanus 1353 s. XII.

Π = collectio Sanblasiana:
- B^1 = cod. Sanblasianus S. Pauli ap. Carinth. XXV a/7 s. VII.
- B^2 = cod. Parisinus 3836 s. VIII.
- B^3 = cod. Coloniensis CCXIII, App. V, s. VIII.
- B^4 = cod. Lucensis 490 s. VIII.
- B^5 = cod. Parisinus 4279 s. IX.

Φ = collectio codicis Uaticani:
- V^1 = cod. Barberinianus 679 (ol. XIV 52) s. VIII.
- V^2 = cod. Uaticanus 1342 s. IX/X.

F = cod. Uaticanus 5845 s. X (collectio Dionysiana aucta).
J = cod. Bodleianus e Museo 101 s. VII (collectio cod. Iustelli).
M = cod. Monacensis 5508 s. IX (collectio cod. Diessen).
N = cod. Parisinus 1451 s. VIII (collectio cod. S. Mauri).
P = cod. Parisinus 3858 C s. XIII (collectio cod. Parisini).
R = cod. Ambrosianus S. 33 sup. s. X (collectio Dionysiana Bobiensis).
α = $\Pi MJ\Phi$ consentientes.
β = ΔHR consentientes.

3. Ad documenta e S. Athanasio desumpta pertinent:

p = cod. Parisinus graec. 474 s. XI.
s = cod. Basileensis Bibl. Uniuersit. graec. A. III. 4 s. XIV.
Mau = ed. Maurinorum emendata, Patauiis 1777.

SERIES A.

I.

Epistula synodi Parisiensis (c. 360). Cou XI 1—4

f. 76r INCIPIT FIDES CATHOLICA EXPOSITA APUD PARISEAM CIUITATEM AB EPISCOPIS GALLICANIS AD ORIENTALES EPISCOPOS.

Dilectissimis et beatissimis consacerdotibus episcopis Orientalibus omnibus per diuersas prouincias in Christo manentibus Gallicani episcopi salutem.

1. Omni quidem uitae nostrae fideique sensu gratias deo patri per dominum nostrum Iesum Christum confitemur, quod nos in lumine scientiae confessionis suae doctrinis et propheticis et apostolicis conlocauit, ne saecularis imperitiae tenebris detenti iudicio saeculi †teneremur, cum sola spes sit plenissima ad salutem deum patrem omnipotentem per unigenitum eius dominum Iesum Christum in sancto spiritu confiteri. sed plane non minor cotidie 2
gratulationis nostrae causa cumulatur, quod liberans nos ab errore mundi nunc etiam inexpiabili hereticorum admisceri non patitur societati. ex litteris enim uestris, quas dilecto fratri et consacerdoti nostro Hilario credidistis, fraudem diaboli et conspirantia aduersus ecclesiam domini haereticorum ingenia cognouimus, ut diuisi in partibus Orientis atque Occidentis diuersis inuicem opinionibus
f. 76v | falleremur. nam plures numero, qui aut Arimini aut Nicheae 3

1 SERIES A *praem. itemque numeros documentorum romanos arabicosque ceteros add. Fed, u. Praef. II A 1; de operis titulo* Collectanea Antiariana Parisina, *quem finxit Fed, u. ibidem* 3 *ediderunt epistulam secundum Fab uel Cou etiam Baronius ad a. 362 n. CCXXX sqq. et uariae Collectiones canonum, sc. Binius I 484, Sirmond (Concilia antiqua Galliae I, Paris. 1629, 16 sq. secundum Fab et S), Ed. regia III 215—218, Labbe-Cossart II 821 sq., Hardouin I 727—730, Coleti II 953 sq., Mansi III 357—359, Conciliorum Galliae Collectio I (Parisiis 1789) 198* PARISEAM AS^2*Cm1* Parisiam *Cm2 Fab (Praef.), Cou* 9 sensum *A* 10 confitetur *A, C a. c.* 11 propheticis] *add.* et euangelicis *Cou* 13 teneremus *A* 15 miror *A, C a. c. m2* 16 causā *A* nos] non *A, C a. c.* erre *A, C a. c.* 19 credidistis *Fed* cred. ⟨redituro⟩ *Eng* creditur *A, Ç a. c.* direxistis *C p. c., γ, fort.* dedistis *uel* quae—creditae s̄ 20 diuisio *ACm1* 21 adque *A* 22 Nicheae *sc. Thraciae*

adfuerunt, sub auctoritate uestri nominis ad 'usiae' silentium sunt coacti. quod uerbum a uobis quondam contra Arriomanitarum heresim inuentum a nobis semper sancte fideliterque susceptum est.

2. Nam 'omousion' sermonem ad ueram et legitimam ex deo patre unigeniti dei natiuitatem sumus amplexi detestantes secundum Sabellii blasphemias ipsam unionem neque aliquam partem patris esse filium intellegentes, sed ex toto atque perfecto innascibili deo totum atque perfectum unigenitum deum natum, 'unius' a nobis idcirco uel 'usiae' uel 'substantiae' cum deo patre confessum, ne creatura potius aut adoptio aut adpellatio uideretur et quia ex ipso esset, ut ex patre filius, ut ex deo deus, ut ex uirtute uirtus, ut ex spiritu spiritus, ut lumen ex lumine, similitudinem quoque eius ad deum patrem non inuiti audientes — quippe cum *imago inuisibilis dei* sit —, sed eam solam similitudinem dignam ad patrem intellegentes, quae dei ueri sit ad deum uerum, ita ut non unio diuinitatis, sed unitas intellegatur, quia unio sit singularis, unitas uero secundum natiuitatis ueritatem plenitudo nascentis sit, maxime ⟨cum⟩ dominus ipse Iesus Christus ad discipulos suos 2 sit professus dicens: *ego et pater unum sumus*. quo non solum caritatem, quae ad patrem est, sed et diuinitatem, quae dei ex deo est, significat secundum illud: *qui me uidit, uidit et patrem* et: *si mihi non uultis credere, uel operibus meis credite, quia pater in me et ego in patre*.

3. Hanc igitur semper fidem tenentes et tenebimus detestantes quoque eos, qui dicunt: 'non erat ante quam nasceretur', non quod unigenitum deum innascibilem praedicemus, sed quod impium sit maxime deo temporum tempus aliquod anteferre, cum ipsud illud 'ante quam nasceretur, non fuit', sit

13 Col. 1, 15 19 Ioh. 10, 30 21 Ioh. 14, 9 22 Ioh. 10, 38 26.29 cf. symb. Nicaenum

2 quondam *Cm2* quadam *ACm1* 4 *A in mg.:* CONTRA SABELLIANOS 6 ipsum *A* 7 adque *A* 8 adque *A* dnm *AC* 14 *A in mg.:* QUOMODO SIT PATRI SIMILIS FILIUS 15 ueri dei *Cγ* 18 cum *add. Cm2* 19 quo] quam *ACm1* 20 caritate *ACm1* et de diuinitate *ACm1* 23 me] est *add. C* 25 fidem semper *Cγ* 29 ipsum *γ* ipsi id *C* sit] sed *AC*

f.77r temporis. | sed et oboedientem quoque patri filium, etiam usque 2
ad mortem crucis, secundum infirmitatem adsumpti hominis
non negamus, cum ipse de ascensu suo ad caelos loquutus
sit: si diligeretis me, gauderetis, quia uado
ad patrem, quia pater maior me est, per cuius
carnis susceptionem nos sibi fratres connuncupare dignatus est,
cum in forma dei manens forma serui esse uoluisset.

4. Itaque, carissimi, cum ex litteris uestris in 'usiae' silentio
fraudem se passam simplicitas nostra cognoscat, etiam pietatem
eorum, qui de Arimino Constantinopolim reuerterunt, conuentos,
sicut epistola uestra contenta testatur, neque eos ad tan-
tarum blasphemiarum dampnationem potuisse compellere fidelis
dominici nominis praedicator frater noster Hilarius nuntiauerit,
nos quoque ab his omnibus, quae per ignorantiam perpere gesta
sunt, referimus. Auxentium et Ursacium ac Ualentem, Gaium, 2
Megasium et Iustinum excommunicatos habemus secundum litteras
uestras et certe, ut diximus, iuxta fratris nostri Hilarii professionem,
qui se pacem cum his, qui horum sectarentur errores, [se] habiturum
negauit. blasphemias quoque omnes, quas litteris uestris subiecistis, 3
dampnamus maximeque eorum sacerdotes apostatas respuentes,
qui in loca fratrum indignissime exulantium quorundam aut igno-
ratione aut impietate sunt substituti, pollicentes hoc coram deo
atque etiam confitentes, ut, quisque his, quae statuimus, intra
Gallias putauerit renitendum, a communione ac sede sit sacerdotii
abiciendus. neque enim, ut alia, aut occasionem praedicandi non
dampnando permittens aut contra deum et Christi unigeniti dei
maiestatem aliter, quam nos de 'omousion' significatione sentimus.

1 cf. Phil. 2, 8   4 Ioh. 14, 28   7 cf. Phil. 2, 6 sq.

4 diligeritis *A*   7 *alt.* forma] formā *A*   uoluit *Cou*   9 etiam] et S^2 pietatem] impietatem S^1S^2 simplicitatem *CmI*   pietatem eorum = *episcopos eos*   10 de *om. Cγ*   conuentos (*sc. esse*)] conuento *Eng*   11 uestra *Cou* (*ex* S^1?) nostra *AT*   tantarum S^1S^2*Cou* tantam rem *ATC*   12 potuisse *sc. se*   14 per ignorantia *A*   perperam *Cγ*   18 errores *C* errore *A*   se *del. γ*   19 subiecistis *γ* subiectis *A*, *C a. c.* subicitis *C p. c.*   20 sacerdoti *A*, *C a. c.*   21 exultantium *A* quorum iam *A*, *C a. c.*   23 adque *A*   quisque = *quisquis*   25 alias *γ*   praedicandi non dampnando] praedicandi anomoeusion *susp. Cou*   26 permitteris *AC*

4 obnitens, dignus erit sanctitate sacerdotii nomine iudicandus. a quo f. 77v iam Saturninum, qui statutis salubribus impiissime contradixit, secundum fratrum nostrorum geminas iam litteras excommunicatum ab omnibus Gallicanis episcopis caritas uestra cognoscat. quem et uetera — dissimulata, iam diu licet — crimina et certa edita epistolis suis nouae temeritatis inreligiositas indignum episcopi nomine esse fecerunt.

EXPLICIT FIDES CATHOLICA EXPOSITA APUD PARISEAM CIUITATEM AB EPISCOPIS GALLICANIS AD ORIENTALES EPISCOPOS.

Epistula Eusebii ep. Uercellensis (c. 360).
Cou XI 5

II.

Domino sanctissimo fratri Gregorio episcopo Eusebius f. 78r
in domino salutem.

1. (5). Litteras sinceritatis tuae accepi, quibus, ut decet episcopum et dei sacerdotem, transgressori te Ossio didici restitisse et cadentibus plurimis Arimino in communicatione Ualentis, Ursacii et ceterorum, quos ipsi agnito blasphemiae crimine ante damnauerunt, tuum adsensum denegasse, fidem scilicet seruans, quam patres Nicheani scripserunt. gratulamur tibi in hoc, gratulamur et nobis, quia hoc uiuis proposito et hac fide pollens nostri dignatus es me-
2 minisse. permanenti autem tibi in eadem confessione et nullam cum ypocritis retinenti societatem nostram tibi communicationem promitte. quibus potes tractatibus, quanto labore praeuales, transgressores obiurga, infideles increpa nihil metuens de regno saeculari, ut fecisti, quia potior est, qui in nobis est, quam qui in hoc mundo.

2 sqq. cf. Sulpic. Seuer. chron. II 45 14 cf. Libell. precum 34 (CSEL LIII 15)

1 sanctitatem *A* nominis γ 2 etiam γ contradicit γ 5 tam *Eng* certa] cetera *Cm1*γ 6 aedita *A* ingignum *A* 8 FARISEAM *AC* 10 *Edidit Baronius epistulam ad a. 357 n. XXXV. de uariis locis parallelis in epistula Eusebii in nota ad p. 47, 2 memorata u. Studien I 65 sq.* 11 Eusebius ad Gregorium epicopum Span. *praem. TC* (*quae uerba sumpta sunt ex subscriptione; u. infra p. 47, 13*) Incipit epistola Eusebii ad Gregorium episcopum Spanensem *praem. Cou* EUSEUIUS *A* 13 decet] det et *AC* 14 plurimis cadentibus *C*γ 15 Ursacii] *praem.* et γ 19 uiuis] cuiuis S^1 cuius *Cm1* cum *Cm2* usus *uel* pius *susp. Cou* hac *C* ac *A* 22 potes tractatibus S^1 *Cou* potest tractatibis *A* potes tractabis *TC*

2. Nos uero tui consacerdotes tertio laborantes exilio hoc dicimus, quod manifestum esse putauimus, quoniam omnis spes Arriomanitarum non in suo haud unito consensu, sed in protectione pendet regni saecularis, ignorantes scripta, quia maledicti sunt, qui spem habent in hominem. nostrum autem adiutorium in nomine domini, qui fecit caelum et terram. in passionibus perdurare cupimus, ut, secundum quod dictum est, in regno glorificari possimus. dignare 2
nobis scribere, quid malos corrigendo profeceris uel quantos fratres aut stantes agnoueris aut ipse monendo correxeris. salutant te omnes, qui mecum sunt, maxime Diaconus, simulque petunt, ut cunctos lateri tuo fideliter adhaerentes nostro digneris obsequio salutare.

EXPLICIT EPISTULA EUSEBI AD GREGORIUM EPISCOPUM SPANENSEM.

III.

Symbolum Germinii ep. Sirmiensis (366). Cou XIII

INCIPIT EPISTULA GERMINI EPISCOPI ADUERSUS ARRIANOS,
f.78v ⟨QUI⟩ IAM SUBS|CRIPSERANT IN CONCILIO ARIMINENSI SCIENTES, QUOD MALE FECERUNT.

Ego Germinius episcopus credo et profiteor esse unum uerum deum patrem, aeternum, omnipotentem. et Christum filium eius 2
unicum et dominum deum nostrum, de uero deo patre uerum dei filium, ante omnia genitum, diuinitate, caritate, maiestate, uirtute, claritate, uita, sapientia, scientia patri per omnia similem utpote perfectum de perfecto genitum. susceptionem etiam hominis ex 3
uirgine Maria, sicut prophetae futurum praedixerunt et euangelicae

2—4 cf. ep. Eusebii ad presbyteros et plebem Italiae (XII 950, 952 M) 4 Hier. 17,5 5 Ps. 123,8 7 cf. Rom. 8,17 11 sq. cf. ep. Eusebii (XII 954 M)

3 in suo haud unito *Fed* in sua (a *ex* o *A*) aut linito *AC* in ⟨ui⟩ sua aut unito *susp. Fab* (*Praef.*), *Eng* in suaui et unito *Cou* 4 scripta *Cγ* scriba *A* scribi *Eng* 9 profeceris *C* profeteris *A* quanto *A*, *Ca. c.* 10 stanter *A* 11 Diaconus *Cγ*, *fort.* diaconus *uel* diacones; *cf. ep. Eusebii* (*XII 954 M*): salutant uos fratres nostri, qui mecum sunt, presbyteri et diacones poetunt *A* 13 EUSEUI *A* SPAÑS *A* 15 *Edidit Baronius symbolum ad a. 359 n. XXIX*; *Hahn, Symbole*[3] *§ 192* 16 EP̄IS *A* 17 QUI *add. Cm2 Fab* ARRIMINENSI *A* scientes *γ* SCIENS *A* 25 praedixerant *Fab*

atque apostolicae uoces conpletum docent, passionem quoque eius et mortem et resurrectionem et in caelis ascensionem suscipimus, credimus, profitemur et quod in fine mundi de caelis descensurus sit iudicare uiuos et mortuos et reddere unicuique
4 secundum opera eius. et in spiritum sanctum, id est paraclitum, qui nobis a deo patre per filium datus est.

Epistula syn. Sardicensis Orientalium (343/4).

Cou III

Epist. ipsa.

IV.

1.

INCIPIT DECRETUM SINODI ORIENTALIUM APUD SERDICIAM EPISCOPORUM A PARTE ARRIANORUM, QUOD MISERUNT AD AFRICAM.

Gregorio Alexandriae episcopo, Nicomediae episcopo, Carthaginis episcopo, Campaniae episcopo, Neapolis Campaniae episcopo, Ariminensi clero, Campaniae episcopo, Salonae Dalmatiae episcopo, Amfioni, Donato, Desiderio, Fortunato, Euthicio, Maximo, Sinferonti et omnibus per orbem terrarum consacerdotibus nostris, presbiteris et diaconibus et omnibus, qui sub caelo sunt in ecclesia

1 adque *A* passionem *Cm2* passionis *ACm1* passiones *γ* 2 mortem *Cm2* mortis *ACm1* ascensione *A* suscepimus *AC* 3 credimus] *add.* et *C* 5 paraclytum *A* 6 Explicit *add. Cγ* 7 *Uerba epistulae, symboli (p. 67), subscriptionum (p. 74) in A continua leguntur. edita est epistula secundum Fab uel Cou etiam a Baronio ad a. 347 n. LXXV sqq. et in uariis editionibus conciliorum, sc. a Binio I 448 sqq., Labbe-Cossart II 699—710, Hardouin I 671—681, Coleti II 731—741, Mansi III 126—137* 9 SERDICIAM] Serdicam *Cou* 10 EPISCOPIS *A* QUE *A* 12 *Cm2 scribit in mg.:* Hic reponenda sunt episcoporum nomina, quae I habentur et legendum Amphioni Nic. Donato Carth. etc.; *etiam in sua editione Faber coniungit nomina episcoporum cum sedibus, u. g.:* Anfioni Nicomediae episcopo, Fortunato Neapolis Campaniae episcopo, Maximo Salonarum Dalmatiae episcopo *etc.; de singulis episcopis u. Studien II 109 sqq.; de ordine nominum u. ib. 113* 12 carthagini *A* 13 neapoli cāpania *A* 14 Ariminensi clero *Eng* (*u. Studien II 113*) ariminiacleno (*forte ex* arimin̄ clero) *A* ariminaclino *C* Ariminiadeno *γ* Arimini Adeno (Athenio) *Tillemont, Mémoires VI (1704) 334 et Savio in Rivista di scienze storiche VII uol. 1 [1910] 25* camp *A* Salonae *Fed* salonas *A* Salonarum *γ* dalmatus *A*, *corr. γ* 15 Amfioni *sc. Nicomediae ep.* Donato *sc. Carthaginis ep.* Desiderio *sc. Campaniae ep.* Fortunato *sc. Neapolis ep.* Euthicio *sc. Campaniae ep.* Maximo *sc. Salonae ep.* Sinferonti *Fed* sinferunti *ACγ* 16 cum sacerdotibus *A* 17 que *A*

sancta catholica episcopi, qui a diuersis Orientalium prouinciis, id est ex prouincia Thebaida et ex prouincia Palestina, Arabia, Foenice, Syria, Mesopotamia, Cilicia, [Galatia], Isauria, Cappadocia, Galacia, Ponto, Bitinia, Pamphilia, Paflagonia, Caria, Frigia, Pisidia et ex insulis Cicladon, Lidia, Asia, Europa, Hellesponto, Trachia, Emimonto ad ciuitatem Serdicam congregati concilium celebrauimus, in domino aeterna salus.

f. 79r 1. Est quidem nobis omnibus indeficiens oratio, dilectissimi | fratres, primo, ut sancta domini et catholica ecclesia dissensionibus omnibus et schismatibus carens unitatem spiritus et uinculum caritatis ubique conseruet per fidem rectam — et uitam inmaculatam quoque tenere, amplecti, custodire, seruare omnibus inuocantibus dominum est quidem iustum, praecipue episcopis, qui ecclesiis sanctissimis praesumus —, secundum, ut ecclesiae regula sanctaque parentum traditio atque iudicia in perpetuum firma solidaque permaneant nec nouis emergentibus sectis traditionibusque peruersis, maxime in constituendis episcopis uel in exponendis, aliquando turbetur, quominus teneat euangelica atque sancta praecepta et quae sanctis et beatissimis apostolis iussa sunt et maioribus nostris atque a nobis ipsis in hodiernum usque seruata sunt et seruantur.

2. Extitit namque temporibus nostris Marcellus quidam Galaciae, haereticorum omnium execrabilior pestis, quique sacrilega mente, ore profano perditoque argumento uelit Christi domini regnum perpetuum, aeternum et sine tempore disterminare initium regnandi accepisse dominum dicens ante quadringentos annos finemque ei uenturam simul cum mundi occasu. etiam hoc asserere 2

1 sqq. *nonnullos aliis testimoniis traditos indices prouinciarum u. Studien II 95 sq.* a *C* ad *A* Orientalium] *add.* partium *Cou* 3 Foenice *Fed* (*fort.* Fenice) finicae *A* Galatia *del.* *γ* pisauria *ATC* cappadotia *A* 4 uitinia *A* peflagonia *A* 5 Cycladum *Cγ* lidiae asiae europe hellespontu trachiae emimontu *A* (*hi genetiui in exemplari graeco exstitisse et inde per errorem in uersionem latinam recepti esse uidentur*) 11 rectam] *add.* sed *γ* 16 nouis emergentibus *coni.* *Cou* nobis semper gentibus (-ilibus *Cm2*) *AC* 17 deponendis *Cm2* 18 cominus *A* euangelica atque sancta *Fed* euangelica. quae sc̄a *A* euangeliaque (euangelia atque *C p. c.*) sancta *C* euangelica sanctaque *γ* 20 atque] et quae *γ* 24 prophano *A* 25 disterminasse *Fab* *A in mg.:* Dogma MARCELLI HERETICI 27 occasum *A*

coepti temeritate conatur, quod in corporis conceptione tunc factus
sit *imago inuisibilis dei* tuncque et panis et
3 ianua et uita effectus. et quidem hoc non solum uerbis nec
loquacitatis assertione confirmat, sed totum, quidquid fuerat sacri-
lega mente conceptum blasphemoque ore prolatum concupiscentia
nitenti, libro blasphemiis et execrationibus pleno indens etiam
alia multo peiora in ipsum calumniam faciens scripturis diuinis cum
sua interpretatione et scelerata mente, quae contra illis, ex suo
pestifero sensu applicabat, quibus ex rebus aperte manifesteque
4 constitit haereticus. quique assertiones suas quibusdam squaloribus
miscens, nunc falsitatibus Sabelli, nunc malitiae Pauli Samosatensis,
nunc blasphemiis Montani, haereticorum omnium ducis, aperte
permiscens unamque confusionem de supradictis | faciens ut im- f. 79r
prudens Galata in aliud euangelium declinauit, quod non est
aliud secundum quod beatus apostolus Paulus tales condemnans
ait: *etsi angelus de caelo aliter annuntiauerit
uobis, quam quod accepistis, anathema sit.*

3. Magna autem fuit parentibus nostris atque maioribus sollici-
tudo de supradicta praedicatione sacrilega. condicitur namque in
Constantinopolim ciuitatem sub praesentia beatissimae memoriae
2 Constantini imperatoris concilium episcoporum. ex multis Orien-
talium prouinciis aduenerunt, ut hominem malis rebus inbutum
salubri consilio reformarent et ille ammonitione, sanctissima
correptione, correptus a sacrilega praedicatione discederet. quique
increpantes illum et exprobantes necnon etiam caritatis affectu

2 Col. 1, 15 cf. Ioh. 6, 35 sqq. 3 cf. Ioh. 10, 7. 9 cf. Ioh. 1, 4 et saepius
16 Gal. 1, 8. 9

1 coepti γ coepit *AC* 3 et quidem hoc *Fed* equidē hoc *A* eadem haec γ nec] ac *Cou Hardouin* nec = '*uel*' *post negationem* 5 concupiscentia nitenti *Fab Hardouin* concupiscentiam intenti *ATC* cum licentia impudenti *uel* cum audacia ingenti *susp. Cou* 6 blasphemis *A* plenū *A* 7 multo *Cou Hardouin* multa *AC* in ipsum (*sc. in Christum*)] in ipso *Cou Hardouin* in ipsis *Labbe* diuinis scripturis *C*γ 8 que *A* quae contra illis (= *quae illis contra erant*)] qua quae contra illas *uel* quae contraria illis *susp. Cou* 11 samuensis *A Cm1* 12 duci *A* aperte *Cm2* a parte *A Cm1* 14 alium *A* 15 apostolus *om.* γ 18 parentibus atque maioribus nostris γ 19 conditur *AC* 21 episcoporum] *add.* qui *Cm2*γ 24 correptione *om.* γ praedicatione sacrilega *C*γ 25 etiam *om. C*γ

postulantes multo tempore nec quicquam proficiebant. namque 3 post unam et secundam multasque correptiones cum nihil proficere potuissent — perdurabat enim et contradicebat rectae fidei et contentione maligna ecclesiae catholicae resistebat —, exinde illum omnes horrere ac uitare coeperunt. et uidentes, quoniam subuersus est et peccato et est a semet ipso damnatus, actis eum ecclesiasticis damnauerunt, ne ulterius oues Christi pestiferis contactibus malis macularet. tunc namque etiam eius aliquos prauissimos sensus contra fidem rectam ecclesiamque sanctissimam propter memoriam posterorum cautelamque suis sanctissimis scripturis in archiuo ecclesiae condiderunt. sed haec quidem secundum impietatem 4 Marcelli haeretici prima fuerunt; peiora sunt deinde subsecuta. nam quis fidelium credat aut patiatur ea, quae ab ipso male gesta atque conscripta sunt quaeque digne anathematizata sunt iam cum ipso Marcello a parentibus nostris in Constantinopoli ciuitate? namque liber sententiarum extat in ipsum ab episcopis conscriptus, in quo libro etiam isti, qui nunc cum ipso sunt Marcello atque illi fauent, id est Protogenes Sardicae ciuitatis episcopus et Cyriacus a Naiso, in ipsum sententiam manu propria conscripserunt. quorum manus f. 80r ualens testatur fidem sanctissimam | nullo genere mutandam nec ecclesiam sanctam praedicatione falsa subuertendam, ne hoc modo pestis ac lues animarum hominibus grauissima importetur Paulo dicente: s i u e n o s s i u e a n g e l u s d e c a e l o a l i t e r a n n u n t i a u e r i t u o b i s, q u a m q u o d a c c e p i s t i s, a n a t h e m a s i t.

4. Uehementer autem ammirati sumus, quatenus eum, qui aliter, quam in uero est, audet euangelium praedicare, quidam,

23 Gal. 1, 9

4 et inde *C a. c.* 5 horrore *A* ceperunt *A* 6 *pr.* et] a *Cm2γ* peccato *γ* peccatis *Cm2* peccata *ACm1* 14 iam *Fed* nam *A*; *Cou putat nonnulla esse addenda uel legendum esse:* anathematizata sunt cum ipso Marcello *etc.* ? 15 in constantinopolim ciuitatem *A* 18 sardice *A* Serdicae *Cou* Cyriacus a Naiso *Fed* (*u. Studien II 111; cf. p. 66, 9:* Gaudentium autem ut inmemorem decessoris sui Cyriaci *et Ser. B II 4 n. 32:* Gaudentius a Dacia de Naiso; *Sozom. h. e. III 11:* τὸν δὲ Γαυδέντιον ὡς ἐναντία σπουδάσαντα Κυριακῷ, ὃν διεδέξατο) cyriacusanais *A* siriacusanais *TC* Siracusanus *γ*, *sed Cou susp.* Ariminensis 19 in ipsum sententiam *Cou Hardouin* in ipsa sententia *A* 20 Ualens *Cm1* ualide (*postea del.*) *Cm2* mutanda *A* 21 subuertenda *A* 22 pestes *A* omnibus *γ* 27 uiro *AC*

qui se ecclesiasticos esse uolunt, facile ad communionem recipiunt
nec blasphemias eius, quae in ipsius libro signatae sunt, inquirentes
nec illis, qui sollicite cuncta inuestigauerunt et inuenientes iuste
2 damnauerunt, consensum accommodare uoluerunt. etenim Marcellus
cum apud suos haereticus haberetur, peregrinationis auxilia requi-
siuit, scilicet, ut et illos falleret, qui et ipsum et eius scripta pestifera
ignorarent. sed quidquid apud illos agit, impia sua scripta sensusque
profanos occultat falsa pro ueris opponens, quaestum sibi de
simplicibus atque innocentibus fecit. quique sub praetexto ecclesia-
sticae regulae multos ecclesiae pastores induxit eosque in suam
redigens potestatem, Sabelli haeretici sectam inducens callida
fraude decepit restaurans Pauli Samosatensis et artes et dolos.
mixta enim est omnium haereticorum sectis Marcelli extranea
3 traditio, sicut supra memoratum est. unde conuenerat omnes eccle-
siae sanctae praepositos memores dictorum domini Christi dicentis:
*cauete uos a pseudoprophetis, qui ueniunt
ad uos in uestitu ouium, intrinsecus autem
sunt lupi rapaces, a fructibus eorum cogno-
scetis eos* uitare ab huiusmodi et horrere nec illis facile com-
municare, agnoscere illos ex actibus suis atque ex eorum scriptis
4 sacrilegis praedamnare. nunc uero uehementer metuimus, ne nostris
temporibus compleatur, quod scriptum est: *cum dormiunt
homines, uenit inimicus et sparsit zizania
inter frumentum.* cum enim non uigilant hi, quos uigilare
oportet in custodia ecclesiae, falsa uera imitantia funditus, id quod
rectum est, uertunt.

5. Quapropter nos, qui plene ex libro Marcelli eius sectam sceleraque cognouimus, | scripsimus uobis, dilectissimi fratres, ut f. 80r neque Marcellum neque eos, qui illi iunguntur, ad communionem sanctae ecclesiae ammittatis memoresque sitis prophetae Dauid

16 Matth. 7, 15 sq. 22 Matth. 13, 25

1 secclesiasticos *A* 3 sollicite *Cou* sollicit *CFab* sollici *A* 7 agi *A*, *Ca. c.* 9 praetextu *Cγ* ecclesiastici *A a. c.* 10 seduxit *Cou* 12 famitensis *A Cm1* 18 lupis *A* 19 horrore *A* 20 adque *A* 23 spargit *Cγ* 24 hi *Cγ* hii *A* 25 uera*Eng* uerba *Aγ*; *cf. supra 8 et p. 60, 29:* pro ueris falsa fingentes imitantia ⟨ueritatem⟩ *Cou* immutantia *Cm2* nutantia *Fab* 26 euertunt *Cou* 30 ammitatis *A* memores quoque *Cγ*

dicentis: *dixi eis, qui faciunt facinus: ne feceritis facinus, et delinquentibus: ne exaltaueritis cornum; nolite in altum tollere cornum uestrum, ne loquamini aduersus deum iniqua.* et credite Salomoni dicenti: *nolite transferre terminos aeternos, quos constituerunt patres uestri.* quae cum ita sint, nolite supradicti Marcelli prauissimi 2 sequi errores et ea, quae ab ipso iniusta praedicatione contra dominum Christum inuenta traditaque sunt, praedamnate, ne blasphemiis sceleribusque etiam ipsi participes sitis. sed propter compendium haec hactenus de Marcello.

6. Uerum de Athanasio quondam Alexandriae episcopo accipite, quae gesta sunt. accusatus est grauiter iuxta deum sacrilegus et iuxta misteria ecclesiae sanctae profanus. quique propriis manibus comminuit poculum deo et Christo dicatum ipsumque altare uenerandum confregit sedemque sacerdotalem subuertit ipse atque ipsam basilicam, dei domum, ecclesiam Christi, demolitus usque ad solum est. presbiterum uero ipsum, uirum grauem et iustum, nomine Scyram, tradidit custodiae militari. accusatus praeterea 2 est de iniuriis, uiolentia, caede atque ipsa episcoporum internicione. quique etiam diebus sacratissimis paschae tyrannico more saeuiens ducibus atque comitibus iunctus, quique propter ipsum aliquos in custodiam recludebant, aliquos uero uerberibus flagellisque uexabant, ceteros diuersis tormentis ad communionem eius sacrilegam adigebant — nec actus commissi umquam ab innocentibus fuerant —, sperans hoc modo suos suamque posse praeualere factionem, ut per duces et iudices perque carceres ipsos, uerbera diuersaque tormenta inuitos ad communionem suam cogeret, nolentes adigeret, repugnantes atque resistentes sibi tyrannico more terreret. erant quidem illi grauia et acerba ab accusatoribus obiecta.

1 Ps. 74, 5 sq. 5 Prou. 22, 28

3 cornu *Cγ* cornu *Cγ* 5 salomini *A* 9 praedamnare *A, C a. c.* 12 *A in mg.:* De sco̅ athanasio falsa omnia dicitis 14 iusta *A* prophanus *A* 17 domum *Cγ* donū *A* 18 praesbiterorum *A, C a. c.* 19 Scyram *Fed* Ischyram *Cou* narcem *A* narchen *C; de forma* Scyras *u. Studien II 79 sq.* 20 uiolentiae *A* episcoporum *S[2] T Cou* episcopū *A* episcopi *C Fab; cf. p. 54, 20:* in episcoporum exitiis 22 iunctus *sc. erat* 23 custodia *C Cou* 25 commissa *A* 26 suamque *γ* suā *A* praeualere posse *γ* 27 ipsos] *add.* et *Cou* 28 imuitos *A* 29 erant—obiecta *om. C* 30 illa *γ*

7. Nam propter haec necessario concilium apud Caesaream
Palaestinam primo uidetur esse condictum et, cum minime ab ipso
uel ab eius | satellitibus ad supradictum concilium occurreretur, f. 81r
post alterum annum in Tyro propter eius facinora necessario iterum
2 celebratur. aduenerunt episcopi de Machedonia et de Pannonia,
Bitynia et ex omnibus partibus Orientis imperatoris iussione
constricti. quique actis Athanasi flagitia criminaque cognoscentes
non passim nec temere accusatoribus credunt, sed suo de concilio
inlustres et laudabiles episcopos eligunt atque in rem praesentem,
ubi res gestae erant, de quibus arguebatur Athanasius, mittunt.
quique oculata fide cuncta aspicientes atque uera cognoscentes
ad concilium redeunt eiusque crimina, quae ab accusatoribus
3 obiciebantur, suo testimonio uera confirmant. unde ⟨in⟩ prae-
sentem Athanasium dignam pro criminibus sententiam dicunt.
propter quod de Tyro fugiens imperatorem appellat. audit etiam
imperator. quique interrogatione habita omnia eius flagitia recogno-
scens sua illum sententia in exilium deportauit. his ergo ita cedentibus
rebus cum Athanasius damnatus digne in exilio haberetur ob
meritum facinorum suorum sacrilegus in deum, in mysteria sacra
profanus, in basilicae demolitione uiolentus, in episcoporum exitiis
innocentiumque fratrum persecutione horrendus, ab omnibus episco-
pis in reiciendis malis seruatur auctoritas legis, canon ecclesiae et
apostolorum sancta traditio.

8. Sed dum Athanasius post damnationem suam reditum sibi
de exilio compararet, de Gallia ad Alexandriam post plurimum
tempus aduenit. quique praeterita in nihilum ducens acrius in
2 nequitia praeualebat. nam comparatione sequentium leuia sunt,
quae ab ipso prima commissa sunt. etenim per omnem uiam reditus
sui ecclesias subuertebat, damnatos episcopos aliquos restaurabat,

1 consilium *AC* *syn. Caesarensis habita est a. 334* *A in mg.:* Contra s. athanasium hereticorum concilia in cessarea palestina et in tyro facta palaestinam 3 ab eius *Fed* abeī (i *postea add.*) *A* eius *om. Cγ* 4 *syn. Tyria habita est a. 335* 6 ex *om. Cγ* 11 occulta *ACm1* ue**ra *A* 12 *A in mg.:* Plane impiam (impicē *A*) sententiam dicunt 13 in *add. Cm1γ* 15 de *om. γ* 17 cedentibus *C p. c.* credentibus *A, C a. c.* 19 sacrilegum *A* sacrilegium *Cm1* 20 prophanus *A* demolitione basilicae *C Cou* 21 persecutione *coni. Cou* persecutor *A Fab* 22 canone *A* 24 sed dum *γ* sed cum *C p. c.* secundum *A, C a. c.* 29 ecclesias *Fed* ecclesiā *A* ecclesiam *Cγ*

aliquibus spem ad episcopatus reditum promittebat, aliquos ex infidelibus constituebat episcopos saluis et permanentibus integris sacerdotibus per pugnas et caedes gentilium, nihil respiciens f. 81v leges, desperationi tribuens totum. unde per uim, per caedem, | per 3 bellum Alexandrinorum basilicas depraedatur. constituto iam in eius loco ex iudicio concilii sancto et integro sacerdote [et] ut barbarus hostis, ut pestis sacrilega adductis gentilium populis dei templum incendit, altare comminuit et clam exul de ciuitate occulteque profugiit.

9. Sed de Paulo Constantinopolitanae ciuitatis quondam episcopo post reditum exilii sui, si quis audierit, perhorrescet. • • • • • • fuere namque et in Anquira prouinciae Galatiae post reditum Marcelli haeretici domorum incendia et genera diuersa bellorum. nudi ab ipso ad forum trahebantur presbyteri et, quod cum lacrimis luctuque dicendum est, consecratum domini corpus ad sacerdotum colla suspensum palam publiceque profanabat uirginesque sanctissimas deo Christoque dicatas publice in foro mediaque in ciuitate concurrentibus populis abstractis uestibus horrenda foeditate nudabat. sed ⟨et⟩ in ciuitate Gaza prouinciae 2 Palestinae post reditum suum Asclepas altare comminuit multasque seditiones effecit. praeterea Adrianopoli Lucius post reditum suum sacrificium a sanctis et integris sacerdotibus confectum, si fas est dicere, canibus proiciendum iubebat. igitur cum haec ita sint, numquidnam lupis tantis ac talibus oues Christi adhuc usque credemus et membra Christi membra fornicatoriae faciemus? absit.

10. Nam postea Athanasius peragrans per diuersas partes orbis terrarum, scilicet seducens aliquos et per suam fallaciam adulationemque pestiferam decipiens innocentes episcopos, qui eius facinora ignorabant, uel Egyptios aliquos actus eius ignorantes

25 cf. I Cor. 6, 15

2 integris permanentibus *CCou* 4 legis *ACm1* desperatione *A, C a. c.* *A in mg.:* catholicos episcop̄ diuersarum ciuitatiū infamant 5 basilicas *Cγ* uasilica *A* 6 locum *γ* concilii *sc. Antiocheni a. 341* sacerdote *sc. Gregorio* et *del. Cγ* 7 hostis] *add.* et *CCou* 8 exul] exiit *CCou* exit *Fab* 9 profugit *Cγ* 10 de] et *ACm1* constantino politano *A* condā (o *ex* u) *A* 11 episcopus *A* *lacunam indicaui; desideratur enim narratio de Paulo* 15 luctūquae *A* est *om. CCou* 16 prophanabat *A* 18 media in *CCou* 19 et *add. Cou* Gaza *γ* gaia *A* 25 credimus *ACγ, corr. Eng* 27 silicet *A* et *om. γ* adulationeque *A* 28 pestiferum *A* 29 eius actus *γ*

scripta a singulis emendicando ecclesias pacificas perturbabat aut ipse sibi nouas pro sua uoluntate fingebat. nihil tamen hoc ualere potuit ad iudicium iam dudum a sanctissimis et inlustribus episcopis consecratum. non enim commendatio eorum, qui nec in concilio iudices fuerunt nec concilii iudicium habuerunt aliquando nec praesentes, cum supradictus Athanasius audiretur, fuisse noscuntur, aut ualere
2 illi potuit aut prode esse. denique cum sibi haec in cassum prouenisse cognosceret, ad Iulium Romam perrexit, sed et ad Italiae quosdam ipsius partis episcopos. quos seducens per | epistularum falsitatem f. 83r
ab hisdem perfacile in communione receptus est. exinde coepere illi non tam pro ipso quam pro suis actibus laborare, quod illi pertemere credendo communicauerunt. etenim si fuerunt illae litterae aliquorum, non tamen eorum, qui aut iudices fuerant aut in concilio adsederant. quae quidem etiam si essent aliquorum, temere illi fidem pro se dicenti habere numquam deberent.

11. Sed et iudices, qui illum digne sententiauerunt, credere noluerunt (11) ideo, quia et alii quique in praeteritum pro suis facinoribus detecti sunt, nunc cum Marcello et Athanasio coniuncti sunt — dicimus autem Asclepan, qui ante decem et septem annos episcopatus honore discinctus est, deinde Paulum et Lucium et quotquot talibus coniuncti sunt — circumeuntes simul exteras regiones persuadebant iudicibus non esse credendum illis, qui in eos digne sententiam protulerunt, ut hoc genere commercii sibi
2 quondam ad episcopatus reditum procurarent. nec in ipsis locis, in quibus peccauerant, nec in proximis uel ubi accusatores habebant, se defendebant, sed iuxta peregrinos et longe a suis regionibus

2 fingebat *om. C* 7 prodesse *Cγ* cassum *γ* casum *AC* *A in mg.:* De sc̄o iulio qui n̄ consensit in damnatione athanasii 8 ad italiam *A* 9 quos *γ* quod *A* 10 iisdem *Cγ* deinde *Cγ* 12 communicauerant *γ* fuerant *γ* 13 eorum *sc. erant* 14 assederant *γ* obsederant *A* 15 *pro uerbis* pro se—sententiaue(runt), *quae in A totam unam lineam explent, tradit* proferunt *C* dicentes S^1S^2 *Cou* 16 sed et = *sicut et; cf. supra 8* digne *om. Cγ* 17 noluerunt ideo *Eng* noluerunt Ideo *A* noluerunt. Ideo *Cou (a uoce* Ideo *noui capituli 11 initium sumens)* quique (= *et ii, qui*) *Eng* qui quae *A* quique (quinque *uel* quoque *m2*) *C* quique qui *coni. Cou* pretoritum *A, corr. Cou* praetorium *C Fab* 18 nunc *sc. nunc autem* 19 dicimus *coni. Cou* decimus *ACFab* Asclepan *Fed (cf. p. 61, 29)* Asclepam *Cou* asclepas *ACFab* qui *om. C Fab* 21 quodquot *A* 22 credendunt *A* 23 commercium *A, C a. c.* 24 quondam *C* cundam *A* quendam *γ* 26 regionibus suis *Cγ*

positos, ignorantes gestorum fidem, iustam sententiam conabantur
perfringere ad illos referentes actus suos, qui illos per omnia
nesciebant. astute hoc faciunt. scientes enim de iudicibus, de 3
accusatoribus, de testibus multos decessisse post tot tantasque
sententias putauerunt aliud restaurare iudicium uolentes apud
nos causam dicere, qui neque illos excusauimus neque iudicauimus.
qui enim iudicauerunt, iam ad dominum perrexerunt.

12. Uoluerunt autem etiam Orientalibus episcopis et ueniunt
pro iudicibus defensores, pro defensoribus rei, eo tempore cum
eorum defensio non ualebat, maxime cum tunc defendi minime
potuerunt, quando illos accusatores sui faciem ad faciem arguebant.
nouam legem introducere putauerunt, ut Orientales episcopi ab 2
Occidentalibus iudicarentur. et uolebant ecclesiae iudicium per
eos posse constare, qui non tam illorum miserebantur, quam actibus
suis. hoc itaque nefas quoniam numquam recepit ecclesiastica disci-
plina, quaesumus, dilectissimi fratres, ut sceleratam perniciem
f. 82v conatusque mortiferos perditorum nobiscum etiam ipsi | damnetis.

13. Etenim adhuc cum esset episcopus Athanasius, Asclepam
depositum sua sententia ipse damnauit. sed et Marcellus similiter
illi numquam communicauit. Paulus uero Athanasi expositioni
interfuit manuque propria sententiam scribens cum ceteris eum
etiam ipse damnauit. et quamdiu quisque eorum episcopus fuit,
sua iudicia confirmauit. sed cum diuersis ex causis diuersisque 2
temporibus singuli eorum digne de ecclesia suis pro meritis pelleren-
tur, maiorem concordiam una conspiratione fecerunt donantes
sibi quisque delicta, quae, cum episcopi essent, pro auctoritate
diuina damnarunt.

14. Namque quoniam Athanasius in Italiam et Galliam pergens
sibi iudicium conparauit post mortem aliquorum accusatorum,
testium iudicumque et credidit posse se denuo tempore audiri, quo
eius flagitia uetustate temporis obscurarentur — cui consensum com-

2 referenti *A*, *C a. c.* 7 perrexere *Cγ* 8 episcopis (*sc. causam dicere; cf. supra 6*)] *suppl.* id imponere *Cou* ut ueniant *Cou* 9 re•i *A* 11 faciaem ad *A* facie ad *Cm2* 18 cum adhuc *γ* 20 depositioni *Cm2 Cou*; *cf. p. 49, 17* exponendis 25 maiorum *A*, *C a. c.* 28 qm̄ *A* quando *C p. c.*, *Fab* 29 morte *A* 30 iudicumque *Cγ* iuditiumque *A* co *A* quod *γ* 31 uetustas *γ* obscurarentur *Fed* obscurarunt *A*, (-rant *m2*) *C* obscuraret *γ*

modantes non recte Iulius urbis Romae episcopus, Maximinus
et Ossius ceterique conplures ipsorum concilium apud Serdicam fieri
ex imperatoris benignitate sumserunt —, occurrimus ad Serdicam
2 litteris imperatoris conuenti. quo cum uenissemus, didicimus in
media ecclesia Athanasium, Marcellum, omnes sceleratos concilii
sententia pulsos et merito singulos pro suis facinoribus praedam-
natos cum Ossio et Protogene sedere simul et disputare et — quod
3 est deterius — diuina misteria celebrare. nec confundebatur Proto-
genes Serdicae episcopus communicare Marcello haeretico, cuius
et sectam et reprobum sensum in concilio quater sententiis episcopo-
rum suscribens propria uoce ipse damnauerat. unde manifestum
est, quia sese ipse sua sententia condemnauit, cum se illi communi-
cando participem fecit.

15. Uerum nos tenentes ecclesiasticae regulae disciplinam et
uolentes miseros in aliquantulum iuuare mandauimus illis, qui
cum Protogene et Ossio fuerunt, ut de suo coetu damnatos exclu-
derent neque peccatoribus communicarent; deinde una nobiscum
audirent ea, quae a nostris patribus contra ipsos in praeteritum
2 fuerant iudicata. nam liber Marcelli non expectabat accusationem
— per se enim aperte haereticus noscebatur — et, ne falsis suggestio-
nibus crederent, non eorum quisquam prauissimam mentem propter
locum episcopatus obscurabat. at illi | contra haec resistebant — f. 83r
qua ratione, nescimus — nec se uoluerunt ab ipsorum communione
secernere confirmantes Marcelli haeretici sectam et facinora Athanasi
ceterorumque scelera fidei ecclesiasticae pacique praeponebant.

16. His itaque cognitis nos octoginta episcopi, qui propter pacem confirmandam ecclesiae ex diuersis longisque prouinciis cum ingenti exitu et labore ad Serdicam ueneramus, uidentes haec non sine lacrimis ferebamus. leue enim non erat, quod a se eos dimittere omnino negabant, quos patres nostri merito suis pro criminibus

1 maximus *ACγ*, *corr. Fed*; *cf. infra p. 66, l. 30*: Maximinum a Triueris *A in mg.*: Scs iulius urbis rome eps in serdicam synodum iussit fieri 4 co *A* 7 protogenes *A* 8 celibrare *A* 9 sardices *C* Serdices *γ* 10 reprobrum *A* 15 iuuare *sc. asseclas Protogenis et Ossii* iuuare *Eng* uiuere *A* remotos uiuere *uel* remouere *Cou* 18 patribus nostris *Cγ* 19 fuerant *Cm2γ* fecerant *ACm1* 21 non] cum *uel* nam *Cou* quisque *susp. Cou* 22 obscurabat *Eng* obscurant *A* occultaret *uel* occultabat *Cou* illi*** *A* restitebant *A* 27 longinquisque *Cm2γ* 30 negabat *A*

ante damnarunt. his itaque communicare nefas duximus neque 2
cum profanis uoluimus sancta domini sacramenta miscere seruantes et tenentes ecclesiasticae ⟨regulae⟩ disciplinam. nam ut non supradictos Ossium a se Protogenemque dimitterent, conscientia forte mala, qua sibi eorum unusquisque metuebant, nudari ab aliquo, quae adpalam fieri magnopere pertimescebant. nec sic in eos audebat eorum aliquis sententiam dicere, ne et se ipse damnaret, quod illis contra interdictum communicassent, quibus communicare nullo genere oporteret.

17. Uerum nos iterum illos atque iterum rogabamus, ne firma solidaque concuterent, ne subuerterent legem nec iura diuina turbarent, ne cuncta confunderent atque traditionem ecclesiae ne quidem in modica parte frustrarent, sed nec nouam sectam inducerent aut Orientalibus episcopis conciliisque sanctissimis de Occidente uenientes aliqua in parte praeponerent. at illi contra despicientes 2
haec nobis minabantur et sese Athanasium et ceteros sceleratos uindicaturos pollicebantur, quasi uero aliud facere aut dicere possent, qui sceleratos omnes ac perditos in suum consortium receperunt. praeterea ingenti hoc tumore proponunt audacia potius ac temeritate quam legitima ratione possessi. uidentes enim, quod hi, qui damnatos recipiunt, in offensam crimenque incurrunt ut uiolatores caelestium legum, tali auctoritate iudicium constituere conabantur, ut sese iudices iudicum dicere uellent atque eorum, qui iam cum
f. 83r deo sunt, | si fas est, sententiam refricare. nos uero rogabamus 3
illos per plurimos dies, ut a sese damnatos abicerent et ⟨se⟩ ecclesiae sanctae coniungerent atque patribus uera dicentibus consensum accommodarent. sed illi se hoc facturos omnino negabant.

2 prophanis *A* 3 tenentes] *add.* regulam *Cγ* regulae *add. Fed; cf. p. 58, 14* disciplinam *Fed* disciplinae *ACγ* nam *del. Eng* 4 consientia *A* cum scientia *Cm1; uoces* consientia forte *angustius scriptae sunt; scriba uidetur prius lacunam reliquisse eamque postea expleuisse* 5 mala (*sc. erat*)] *add.* impediebatur *Cm2* prohibebantur *Cou* qua *Cou* quā (*forte ex* quō = quoniam *Eng*) *A* sibi *om. Cou* metuebant *Eng* debaebant (aebant *in ras.*) *A* debebat *C* timebat *susp. Cou* ab aliquo quae *coni. Cou* aliquando quae *Eng* alico quā *A* a quoquam *Cm2* 6 ac palam *Cm2* palam *Cou* sic *γ* sit *A* 7 eis *A* audebant *A* 8 quo *ACm1* 13 in S^2, *om. ACγ* parte *coni. Cou* pace *A* 15 praeponerent *γ* proponerent *A* 16 et sese *Fed* esse se *A* et se *γ* 17 possent *Cou* possunt *A* possint *Fab* 18 reciperent *C Fab* 19 ingenti *Fel* (*cf. p. 58, 28*) ingente *ACγ* 20 professi *Oberthür* hii *C* ii *γ* 23 iudicum *Cγ* iudicium *A* 25 sese] se *Cγ* se *add. γ*

18. Altercantibus igitur nobis emerserunt quinque episcopi
ex partibus nostris, qui superstites de sexto numero eorum, qui
ad Mareotam directi fuerant, remanserunt. et talem illis optionem
proponunt mittendos esse ex utroque concilio episcopos aliquos
ad loca, in quibus Athanasius scelera flagitiaque commisit, ut sub
testificatione dei cuncta fideliter scriberent et, si falsa inuenta
fuerint, quae concilio nuntiauimus, ipsi damnemur nec imperato-
2 ribus nec concilio nec cuiquam episcopo conqueramur. quodsi
uerum constiterit, quod ante diximus, ad numerum nostrum ex
uobis quos elegistis, id est, qui Athanasio post damnationem
communicauerunt, sed et eos, qui Athanasio et Marcello fautores
defensoresque sunt, exponamus nec imperatoribus nec concilio nec
cuiquam episcopo uestrum aliqui conquerantur. hanc optionem
a nostris propositam Ossius et Protogenes omnesque eorum socii
suscipere timuerunt.

19. Inmensa autem confluxerat ad Sardiciam multitudo scele-
ratorum omnium ac perditorum aduentantium de Constantinupoli,
de Alexandria. de hinc, qui rei homicidiorum, rei sanguinis, rei
caedis, rei latrociniorum, rei praedarum, rei spoliarum nefandorum-
que omnium sacrilegiorum ⟨et⟩ criminum rei, qui altaria con-
fregerunt, ecclesias incenderunt domosque priuatorum conpilauerunt,
profanatores mysteriorum dei proditoresque sacramentorum Christi,
qui impiam sceleratamque haereticorum doctrinam contra ecclesiae
fidem adserentes sapientissimos presbiteros dei, diacones, sacer-
2 dotes atroci caede mactauerunt. et eos omnes secum collectos in
suo conuenticulo habuerunt Ossius et Protogenes. quosque hono-
rantes nos omnes diacones et sacerdotes dei despiciebant, quia nec
ipsi uolebamus talibus aliquando coniungi. quique uulgo omni-
bus|que gentilibus id, quod inter nos fuerat, referebant pro ueris f. 84r

1 alter cantibus *A* emerserus *A* 2 superstitites *A* 3 remanserant *Cγ* 6 testificationem *AC* 10 delegistis *γ* 12 deponamus *C p. c.; cf. p. 49, 17 et p. 57, 20* 13 aliqui uestrum *Cγ* 16 Sardiciam *C* sarditiam *A* (*cf. p. 48, 9*) Serdicam *Cou* 17 constantinupolim *A* 18 Alexandria. de *ita interpunxit Eng* de hinc *sc. aduenerunt* de hinc *Fed* De hanc (*duae hae uoces tenuissima linea deletae sunt*) *A*, *om. Cγ* 19 spoliorum *γ* 20 sacrilegorum *Eng* et *add. C Cou* 22 prophanatores *A* 23 que *A* haereti quorum *A* doctrina *A* 25 atroci caede mactauerunt *Fed* atrocicae demactauerunt *A* atrociter demactauerunt *Cγ* 26 hossius *A* quosque] eosque *γ* 28 quique] iique *γ* hominibusque *susp. Cou* 29 gentibus *C Fab*

falsa fingentes nec discordiam inter nos ex causa dei ortam, sed
ex humana praesumtione narrabant. diuinis humana miscentes et 3
ecclesiasticis rebus priuatas adiungentes ciuitatis nobis concentum
seditionemque conflarunt dicentes nos grauem schismate ciuitati
importasse iniuriam, nisi illis — quod nefas erat — communicaremus,
et haec frequenter acclamabant. nos enim omnino illis communicare
noluimus, nisi eos, quos damnauimus, proiecissent et dignum honorem concilio Orientis tribuerent.

20. Quae uero ipsi egerint uel quale concilium habuerint, hinc
addiscere poteritis. nam Protogenes, sicut supra diximus, apud
acta anathematizans Marcellum et Paulum postea eos in communionem suscepit. Dionisium uero ab Elida prouinciae Acaiae, quem
ipsi exposuerunt, in concilio habuerunt. simul secum et exponentes
et expositi, iudices et rei [et] communicantes mysteria diuina pertractant. Bassum autem de Diocleciana ciuitate in flagitiis sceleri- 2
busque detectum et merito de Siria deportatum ordinauerunt
episcopum. quique apud ipsos sceleratius uiuens detectus et ab
ipsis damnatus cum ipsis hodie uidetur esse coniunctus. Aetio ⟨uero⟩
Tessalonicensi Protogenes frequenter probra multa criminaque
obiecit, quod diceret illum concubas et habuisse et habere, cui
communicare numquam uoluit. nunc uero in amicitiam receptus,
quasi peiorum consortio expurgatus, apud ipsos habetur ut iustus.
Asclepas autem cum ad Constantinopolim ciuitatem propter Paulum 3
uenisset, post immanitatem rerum atrocitatemque commisit, quae
media in ecclesia Constantinupolitana gesta sunt post mille homicidia, quae altaria ipsa humano sanguine coinquinauerunt, post
interfectiones fratrum extinctionesque gentilium, hodieque cum
Paulo, cuius causa haec gesta sunt, communicare non cessat,
sed ⟨et⟩ illi, qui per Asclepan Paulo communicant accipientes ab
eodem scripta atque ad illum mittentes.

4 scihismati *A* 5 iniuria *A* 12 Elida *Fed* (*cf. Studien II 43*) elica *ATC Cou* etica S^1S^2 acaie *A* 14 et *del. Cγ* communicante *A* 15 de dioclicianam ciuitatem (*utrumque* m *del.*) *A* 18 Aethio *Cou* et. io *A* et quia Io. *Fab* et quia Ioannes *Labbe* uero *add. Fed* 19 tessalonicensis *C* Thessalonicensis *Fab Labbe* protogenis AS^1S^2, *corr. Cou* Protogeni *C Fab* proba *A* 20 quod *γ* quo *AC* concubinas *Cou* 22 habetur *γ* haberetur *A* 24 rerum] eorum *Eng* commisit] *praem.* quae *Eng* 25 iesta *A* 26 conguinauerunt *A*, *corr. C* 28 cessat *γ* cessant *AC* 29 et *add. γ* Asclepam *γ*

21. Ex hac igitur coagulatione atque ex perditorum congre-
gatione qua|le potuerit celebrari concilium, in quo flagitia sua f. 84r
non tam puniebant, quam agnoscebant! (21) non enim secundum
nos, qui ecclesiis sanctissimis praesedemus populisque rectores
sumus, donantes et dimittentes, quae ab ipsis nec dimitti
2 umquam possunt nec donari. quique etiam Marcello et Atha-
nasio ceterisque sceleratis flagitia, blasphemia, quae nefas fuerat
dimittere, condonarunt, cum scriptum sit: si peccauerit
homo in hominem, orabunt pro eo ad domi-
num; si autem in deum peccauerit homo,
quis orabit pro eo? nos autem talem con-
3 suetudinem non habemus nec ecclesia dei. sed
nec haec docere aliquos patimur nec nouas traditiones inducere,
ne proditores fidei traditoresque scripturarum diuinarum, quod
nefas est, dicamur, ne a domino et ab hominibus condam-
nemur.

22. Uerum illi supradicti etiam haec aduersus nos machina-
bantur. et quoniam sciebant nos non posse sibi scelestorum bene-
ficio communicare, ex scriptis nos imperatorum terrere putabant,
ut inuitos ad suam communionem traherent, et spectabant diuidi
totius mundi profundam ecclesiae aeternamque pacem propter
Athanasium et Marcellum, per quos nomen domini blasphematur
2 in gentibus. quos oportebat, si in se aliquid timoris dei habuissent,
ne turbor iste, qui per ipsos natus est, permaneret, a sua prauissima
praesumtione uel sero discedere, ne ipsorum causa contra sese
scinderetur ecclesia. aut si in his, qui pro ipsis certantur, metus
dei esset, etiamsi nihil damnabile apud ipsos inueniretur, tamen
uel quod propter ipsos unitas ecclesiae scinditur et propter insanam
rabiem cupiditatemque honoris pax profunda subuertitur, exsecrari
eos ac perhorrere deberent.

8 1 Reg. 2, 25 10 1 Cor. 11, 16 22 cf. Esai. 52, 5

1 hac γ ac *A* 2 celebrare *AC* 3 secundum] *add.* eos *Cou* 5 donantes] *praem.* sumus *Cou* 7 blasphemias *Cou* fuerit *Fab* 11 orauit *A* 15 dicamur *Cou* dicere *A*, *fort.* quod nefas est dicere, a domino *etc.* 18 et γ ut *A* 19 terrae reputabant *AC* 20 imuitos *A* spectabunt *Fab* 21 profundum *C Fab* 22 per] propter *C*γ 23 si *C* sci *A* 24 turbo *C*γ 25 discederent *AC*, *corr.* γ 26 ecclesiam *A* hiis *C* iis γ certant *C*γ 27 nihil] *add.* esse γ 28 uel] et *Cou*, *om.* *C Fab* insanam *C* insaniam (*alt.* i *postea del.*) *A* 29 honorum *C Cou*

23. Cum ita res currere uideremus, ad suam patriam regredi
nostrum unusquisque decreuit placuitque nobis de Serdica scribere
et ea, quae gesta sunt, nuntiare nostramque sententiam declarare.
nos enim Athanasium et Marcellum, qui in dominum impie blasphe- 2
mantes scelerati uixerunt, expositos olim atque damnatos non
possumus iterum in episcopatus honore suscipere. quique cru-
f.85r cifigentes iterum | filium dei atque illum
denuo publicantes acerbis ictibus confixerunt. alter enim
ipsorum blasphemando in filium dei atque in eius regnum aeterna
morte mortuus est semel; alter in corpus domini ⟨et⟩ misteria
eius profano more atrociter peccans ceteraque flagitia inmaniter
gerens episcoporum sententia eiectus est atque damnatus. quam 3
ob rem, quoniam a parentum traditione discedere non possumus,
quia nec talem auctoritatem sumsit ecclesia nec talem potestatem
a deo accepit, supradictos ad honorem dignitatemque ecclesiae nec
ipsi suscipimus et suscipientes digne damnamus. sed nec alios, qui 4
aut olim aut postea merito damnati sunt, in ecclesia recipimus
adhaerentes legibus dei traditionibusque paternis atque ecclesiasticis
disciplinis, credentes prophetae dicenti: noli transgredi
terminos aeternos, quos posuerunt patres tui.
quare nos numquam fixa solidaque concutimus, sed magis ea, quae
sunt a parentibus constituta, seruamus.

24. Post multa igitur, dilectissimi fratres, haec uobis ex aperto
mandamus, ne quis uestrum ab aliquo circumuentus aliquando
communicet, id est Ossio, Protogeni, Athanasio, Marcello, Asclepae,
Paulo, Iulio, sed nec cuiquam damnatorum de ecclesia sancta
reiectis neque sociis ipsorum, qui illis siue per se siue per scripta
communicant. quare uos nec ad illos scribere umquam debetis nec
ab ipsis scripta suscipere. iam quod superest, oramus uos, dilectis- 2

6 Hebr. 6, 6 10 cf. Rom. 6, 10 19 Prou. 22, 28

2 unusquique *Cou* 5 depositos *Cm2; cf. p. 60, 12* 6 honorem *Cγ* 7 iterum] uerum *C Fab* 8 ictibus confixerunt *Cm2* actibus conflixerunt *ACm1* 9 regno *A* 10 et *add. Cou* mysteriaque *C p.c.* 11 prophano *A* flagatia *A* 12 adque *A* 15 at *A* 16 suscipimus *γ* suscepimus *A* 19 noli *γ* nolite *A* 23 *A in mg.:* Iniuste calūnas catholicis epīs infertis id t̄ ossio protogines atanasio marcello ascleple (*alt.* e *ex* o) paulo iulio et caeteris 25 protoiene *A* asclepe *A* 26 nec *Cou* ne *A* 27 *fort.* reiecto 28 nec uos *γ*

simi fratres, ut unitati ecclesiae consulatis ⟨et⟩ paci perpetuae, sanctos episcopos eligatis, in quibus et fides integra et sancta sit uita, abhorrentes eos, qui pro criminibus suis ab episcopatus honore discincti sunt uoluntque iterum recipere locum, quem digne pro
3 suis facinoribus amiserunt. magis magisque hos execramini, quos post facinus uidetis peiora committere nec dominum audiunt dicentem: p e c c a s t i, q u i e s c e. iuuenescunt enim et fortiores de sceleribus efficiuntur et, quanto plus in gurgitem uitiorum mergunt, tanto plus totum orbem subuertunt. seditionibus uacantes bella persecutionesque acerrimas sanctis ecclesiis | ingerunt et *f. 87* tyrannico more populos dei in suum dominium captiuare contendunt.

25. Namque ex his rebus pessimos eorum conatus agnoscite, quando talem mundo tempestatis procellam induxerunt, qua Orientem prope totum Occidentemque turbarent, ut relinquentes singuli ecclesiasticas curas populosque dei deserentes atque ipsam euangelii doctrinam postponentes de longinquo aduenirem us, [se] senes aetate graues, corpore debiles, aegritudine infirmes — trahebamurque per diuersa nostrosque aegrotantes in itineribus deserebamus propter perpaucos scelestos olim digne damnatos, primatus ecclesiae contra fas appetentes — geratque curam de nobis imperium atque religiosi imperatores, tribuni et duces dirissima re publica de episcoporum uita statuque exercerentur. sed nec populi silent. omnis etenim fraternitas omnibus in prouinciis suspensa ac sollicita expectat, in quem finem haec malorum procella succedit. cursusque
2 ipse publicus attritus ad nihilum deducitur. et quid pluribus? ortus occasusque mundi propter unum uel duos paucosque sceleratos impie sentientes et turpiter uiuentes funditus uertitur et dura saeuaque tempestate turbatur, in quibus nulla religionis semina resederunt. quae si habuissent, imitarentur prophetam

7 Eccli. 21, 1

1 haecclesiae *A* et *add.* *γ* pati *Am1* 5 magis *om.* *Cγ* eos *C* execremini *C p. c.* 7 iuuenescunt S^1S^2 iubenescunt *A* iubere nesciunt *TC* inhibere nesciunt *Fab* quiescere *uel* inhibere se *uel* se continere nesciunt *Cou* 9 totum *om.* *Cγ* 11 dei] domini *γ* 13 quando] quod *Oberthür* procelle *Am1* qua *Fed* quae *A* ut *Cγ*, *fort.* quae—turbaret 16 se] scilicet *Cm2*, *del.* *γ* 17 infirmi *Cγ* 20 *fort.* gereretque 21 republica *γ* 22 statumque *A* 23 solida *ACm1* 24 succedat *C p. c.*, *γ* 29 seminare sederunt *A*

dicentem: **t o l l i t e e t m i t t i t e m e i n m a r e e t t r a n q u i l l a b i t m a r e a u o b i s, q u o n i a m h a e c t e m p e s t a s p r o p t e r m e f a c t a e s t.** sed ideo haec non imitantur, quia nec iustos sequuntur. ita autem sceleratorum omnium duces quaerunt ecclesiae principatum quasi aliquod tyrannidis regnum.

26. Nec hoc propter bonum quoque iustitiae inquirunt. non enim ecclesiis consulunt, qui leges iuraque diuina ⟨ac⟩ ceterorum decreta dissoluere perconantur. propterea hanc nouitatem moliebantur inducere, quam horret uetus consuetudo ecclesiae, ut, in concilio Orientales episcopi quidquid forte statuissent, ab episcopis Occidentalibus refricaretur, similiter et, quidquid Occidentalium partium episcopi, ab Orientalibus solueretur. sed hoc ex illo suo
f. 86r prauissimo sensu tractabant. uerum | omnium conciliorum iuste 2
legitimeque actorum decreta firmanda maiorum nostrorum gesta consignant. nam in urbe Roma sub Nouato et Sabellio et Ualentino haereticis factum concilium ab Orientalibus confirmatum est. et iterum in Oriente, sub Paulo a Samosatis quod statutum est, ab
omnibus est signatum. ob quam rem hortamur uos, dilectissimi 3
fratres, considerantes ordinem ecclesiasticae disciplinae et paci totius orbis consulentes, corripiatis eos, qui sceleratis communicant, et malos de ecclesiis radicitus amputetis, ut tempestate ruente ipsorum causa innatans Christus dominus omnibus imperet uentis procellisque maritimis discedere et tribuat ecclesiae sanctae pacem perpetuam et quietam.

27. Nos uero nulli iniuriam fecimus, sed legis praecepta seruamus. nam iniuriati grauiter et male tractati sumus ab his, qui uolebant ecclesiae catholicae regulam sua prauitate turbare, sed ante oculos habentes timorem dei, iudicium Christi uerum et iustum considerantes nullius personam accepimus. neque alicui pepercimus, quo-
minus ecclesiasticam disciplinam seruaremus. unde Iulium urbis 2

1 Ion. 1, 12 23 cf. Matth. 8, 26 etc. 29 cf. Apoc. 16, 7. 19, 2

1 tranquillauit *A* 2 quō *A* quomodo *C* quando *γ* 5 aliquod *C* aliquo *A* 8 ac *add. Eng* et *add. Cou* 12 refricaretur *γ* refrigaretur *A* refragaretur *C* et *om. Cγ* 15 actorum *γ* auctorum *A* 17 haeretis *A* 18 a Samosatis *Fed* Samosatis *S*[1] *Cou* a somos ait *A* asonus ait *TCm1* samosatensi *Cm2* 23 innatans *γ* innatam *A* 25 quietem *Fab* 26 facimus *γ* 27 iis *γ* 30 accipimus *A*, *C a. c.* 31 *A in mg.:* uos magis dānati estis quā iulius uel ceteri catholici

Romae, Ossium et Protogenem et Gaudentium et Maximinum a
Triueris damnauit omne concilium secundum antiquissimam legem
ut auctores communionis Marcelli et Athanasi ceterorumque sce-
leratorum, quique etiam homicidiis Pauli Constantinopolitani ⟨et⟩
3 cruentis actibus eius communicauerunt. Protogenem namque esse
anathematizandum una cum Marcello subscribendo frequenter
sententiae in ipsum uel in eius librum inlatae, quique etiam in
Paulum Constantinupolitanum sententiam dederunt et illi postea
4 communicauerunt. Gaudentium autem ut inmemorem decessoris
sui Cyriaci suscribentis sententiis in sceleratos digne inlatis com-
mixtumque criminibus Pauli, quem etiam impudenter defendebat.
5 Iulium uero urbis Romae ut principem et ducem malorum, qui
primus ianuam communionis sceleratis atque damnatis aperuit
ceterisque aditum fecit ad soluenda iura | diuina defendebatque *f. 86r*
Athanasium praesumenter atque audaciter, hominem, cuius nec
6 testes nouerat nec accusatores. sed Ossium propter supradictam
causam et propter beatissimae memoriae Marcum, cui graues
semper iniurias irrogauit, sed et quod malos omnes pro criminibus
suis digne damnatos totis uiribus defendebat et quod conuixerit
in Oriente cum sceleratis ac perditis. turpiter namque Paulino
quondam episcopo Daciae indiuiduus amicus fuit, homini, qui
primo maleficus fuerit accusatus et de ecclesia pulsus usque in
hodiernum diem in apostasia permanens cum concubinis publice
et meretricibus fornicetur, cuius maleficiorum libros Machedonius
episcopus atque confessor a Mobso combussit. sed ⟨et⟩ Eu-
stasio et Quimatio adhaerebat pessime et carus fuit, de quorum
uita infami ac turpi dicendum nihil est; exitus enim illorum eos
omnibus declarauit. his itaque ac talibus iunctus ab initio Ossius,
sceleratos semper fouens, contra ecclesiam ueniebat et inimicis
7 dei semper ferebat auxilium. Maximinum uero a Triueris, propter

4 et *add.* γ 6 anathematizantem *A*, (-zandum *uel* -zatum *m2*) *C* anathematizatum γ 7 sentiae *A*, *corr. C* 9 decessori *A* 10 cum mixtumque *A* 15 audatiter *A* audacter *Cou* 19 quot *A* 20 ac *C* a *A* 22 maleficiis (-cus *p. c.*) *C* de maleficiis *Cou* 24 formicetur *A* 25 Mobso (= Mopsuestia)] Mopso γ et *add.* γ 26 Cimatio *Cou* de γ ad *A* 27 uita infami ac *C p. c.* uitam infamias *A*, *C a. c.* uitae infamia γ 29 sceleratos *C* sceratos *A* sceleratis γ fauens γ 30 ausilium *A* uero γ uerum *AC* triberis *A*

quod collegas nostros episcopos, quos ad Gallias miseramus, noluerit suscipere et quoniam Paulo Constantinupolitano nefario homini ac perdito primus ipse communicauit et quod ipse tantae cladis causa fuit, ut Paulus ad Constantinupolim ciuitatem reuocaretur, propter quem homicidia multa facta sunt. causa ergo homicidiorum tantorum ipse fuit, qui Paulum olim damnatum ad Constantinupolim reuocauit.

28. Propter has igitur causas iustum duxit concilium, ut
Iulium urbis Romae et Ossium ceterosque supra memoratos discin-
geret atque damnaret. quae cum ita sint, custodire uos ab ipsis et
abstinere debetis, dilectissimi fratres, nec eos aliquando ad com-
munionem uestram ammittere, sed nec ipsorum litteras accipere nec
ad illos litteras dominicas dare. et quoniam catholicam et aposto- 2
licam fidem uoluerunt infringere hi, qui cum Ossio erant, inducentes
nouam | sectam Iudeo couniti Marcelli, mixtam Sabellio et Paulo,
iudaizantem, necessario ordinauimus catholicae ecclesiae fidem,
quam negauerunt supradicti, qui cum Ossio sunt, et Marcelli haere-
tici induxerunt. consequens est, ut acceptis litteris nostris singuli 3
consensum huic sententiae commodantes decreta nostra propria
subscriptione signetis.

1 colleges *A* colligens (-egas *m2*) *C* 4 constantinupulim *A* ciuitate *A* 5 quam *C* quod *γ* igitur *γ* 6 constantinupoli *A* 10 adque *A* 12 admittere *Cγ* 14 hi *Eng* hii *A* ii *γ* inducentesque *γ* 15 Iudeo] in deo *C a. c., Fab* iudaeicae *susp. Eng* couniti *Fed* croniti *AS*[1]*CFab* uniti *Cou Eng* concreti *Hardouin* mixtam *Fed* mixta *ACFab* iuxta *susp. Cou* Sabellium et Paulum iudaizantem *susp. Cou* 16 iudaizantem *Cou* iuda artem *AS* inde artem *Fab* inde autem *Hardouin* 17 Marcello *Cou in textu* haeretici (*subaudi* fidem) *AC* haeresim *coni. Cou* 19 commodantens *A*

2.

Symbolum.

Est autem fides nostra talis:

21 *Auctores, qui elidērunt symbolum secundum Collect. Antiar., u. Studien I 33*

Fides secundum Orientis synodum.

Sancta synodus in Serdica congregata ex diuersis prouinciis Orientalium partium Thebaida, Aegypto, Palestina, Arabia, Phoenice, Syria Coele, Mesopotamia, Cilicia, Cappadocia, Ponto, Paphlagonia, Galatia, Bithynia, Hellesponto, Asia, Phrygiis duabus, Pisidia, Cycladum insularum, Pamphylia, Caria, Lydia, Europa,

Sancta synodus congregata est Sardicae ex diuersis prouinciis de partibus Orientis, Thebaidis, Egypti, Palaestinae, Phoenices, Syriae Coeles, Mesopotamiae, Ciliciae, Cappadociae, Ponti, Paphlagoniae, Galatiae, Phrygiae, Bithyniae, Elisponti, Asiae, Pisidiae, Insularum, Pamphyliae, Cariae, Lydiae, Europae, Thraciae,

Hilarius de synodis 34 (ed. Coustant) 3 sqq. eandem fere seriem prouinciarum u. apud Uigilium Taps. c. Eutych. 5 (LXII 136 M); uberiora u. Studien II 95 sqq.

2 *Uersio latina cod. Ueronensis LX (=W), de qua u. Studien I 21 et Praef. II A 3; editus est textus etiam a fratribus Ballerini in 'Leonis Magni opera omnia' III 615—616* 3 ex *ex* et *Wm2* 5 coeles (irie *add. m2*) *W* 7 pephlagoniae *W* 8 elisponto *W* 10 came *W*

Σύνοδος, ἡ ἐν Σαρδικῇ συνηθροίσθη ἐξ ἐπαρχιῶν διαφόρων ἐκ τῶν τόπων τῆς Ἀνατολῆς, Θηβαΐδος, Αἰγύπτου, Παλαιστίνης, Φοινίκης, Συρίας Κοίλης, Μεσοποταμίας, Κιλικίας, Καππαδοκίας, Πόντου, Παφλαγονίας, Γαλατίας, Βιθυνίας, Ἑλλησπόντου, Ἀσίας, Πισιδίας, Φρυγίας, τῶν Νήσων, Παμφυλίας, Καρίας, Λυδίας,

Symbolum Sardicense exceptis paucis additis idem est atque Antiochenum IV a. 341, quod traditur graece apud Athanas. de syn. 25 (p = cod. Parisinus graec. 474 s. XI; s = cod. Basileensis graec. A. III. 4 s. XIV; Mai = ed. 1777, Socrat. hist. eccl. II 18 (ed. Hussey), Niceph. Call. hist. eccl. IX 10 (ed. Fronton du Duc 1630).

11 *Uersio syriaca symboli habetur in cod. Parisino syr. 62 (= r), ed. F. Schulthess (Abhdl. d. kgl. Ges. d. Wiss. zu Göttingen 1908); cf. Studien I 22. ad commodiorem usum damus uersionem graecam*

(29) Credimus ⟨in⟩ unum deum patrem omnipotentem, institutorem et creatorem omnium, ex quo omnis creatura in caelo et in terra nominatur. et in unum genitum filium eius dominum nostrum 2
Iesum Christum, qui ante aeuum ex patre generatus est, [et] ex deo

2 cf. Eph. 3, 15

1 in *add. Cou* 2 omnis creatura] *cj.* omnia *cod. W* 3 unum genitum *AC Fab* unigenitum *Cou* 4 et *del. Cou*

Thracia, Emimonto, Mysia, Pannoniis duabus, hanc exposuimus fidem.

Credimus in unum deum patrem omnipotentem, creatorem et factorem uniuersorum, ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur.
2 credimus et in unigenitum eius filium dominum nostrum Iesum Christum, qui ante omnia saecula ex patre genitus est, deum ex deo,

Hilar. de syn. 34

Hemimonti, Pannoniae, Moesiae, Daciae, hanc exposuerunt fidem.

Credimus in unum deum patrem omnipotentem, creatorem omnium et factorem, ex quo omnia in caelo et in terra nominantur. et in unicum 2
filium eius dominum nostrum Iesum Christum ante omnia saecula, ex patre natum, deum de deo, lumen

Cod. W 5 hemimontis *W*

Εὐρώπης, Θρᾴκης, Ἡμιμόντου, Παννονίας, Μυσίας, Δακίας, τήνδε τὴν πίστιν ἔθηκαν.

Ἡ ἔκθεσις τῆς πίστεως.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, κτίστην καὶ ποιητὴν τῶν πάντων, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται.
2 *καὶ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱόν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, θεὸν ἐκ θεοῦ,*

Antioch. IV 21 *πάντων] ὄντων s* 22 *οὐρανῷ Nic* *τὰ ἐπὶ τῆς γῆς Antioch. V a. 345, quod accepit symbolum Sardicense, apud Athan. de syn. 26* 25 *τῶν om. p*

Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, κτίστην καὶ ποιητὴν ἁπάντων, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. καὶ εἰς τὸν 2
υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ὃς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς ἐγεννήθη, θεὸν ἐκ θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός, δι' ὃν

2 nomine *C* nomen *A* et *suppl. Cou* iubeas *A p. c.* iube *A a. c.* 4 admittit *Cm2γ* 5 apparente dictionis sacrilegio *Eng* apparet dicationis sacrilegis *A* abolitis (*uel* ablegatis) dictionibus sacrilegis *Cou*, *fort.* apertis dictionibus sacrilegis 10 deuotos *T* aures] omnes *T* 12 praecipe *Cou* praecipuę *A* 13 uc̄ *AS¹S²* hunc *TC* perfectum *T* 15 reddidimus *Cou* in hac re *S²,C p. c.* inhaere *A* inhere *T,C a. c.* 16 hac] ac *A* archiepiscopos *TCFab* episcopos *Cou* 17 semper] *suppl.* nos *Cou*, *cf. p. 82, 7* 18 diuina *S²Cou* diuini *A* dei uiui *Eng* domini *CFab* 19 te gloriosissimum *C Cou* uindicem] uictorem *susp. Cou*

VII.

Epistula Liberii ad Constantium (353/4).
Cou V

INCIPIT EPISTULA LEGATORUM MISSA AD CONSTANTIUM IMPERATOREM A LIBERIO EPISCOPO URBIS ROMAE PER LUCIFERUM EPISCOPUM.

Gloriosissimo Constantio Augusto Liberius episcopus.

1. Obsecro, tranquillissime imperator, ut mihi benignas aures clementia tua tribuat, quo possit mansuetudini tuae mentis meae propositum apparere. de Christiano enim imperatore et sanctae memoriae filio Constantini hoc ipsud sine cunctatione mereor impetrare; sed in eo me laborare intellego, quia repetita satisfactione placabilem etiam circa reos animum tuum in gratiam meam reuo-
care non possum. sermo enim pietatis tuae iam dudum ad populum 2
missus me quidem, quem patienter omnia ferre necesse est, plurimum lacerat, sed animum tuum, qui lenitati semper uacat, qui numquam, ut scriptum est, in occasum diei iracundiam seruat, retinere circa me indignationem miraculo mihi est. ego enim, religiosissime imperator, tecum ueram pacem requiro, quae non sit uerbis conposita interna dispositione fallaciae, sed praeceptis euangeliorum rationa-
biliter confirmata. non Athanasi tantum negotium, sed multa 3
91r alia in medium | uenerunt, propter quae concilium fieri mansue-

15 cf. Eph. 4, 26

U = cod. Uaticanus Regin. 133 s. IX.
G = cod. Parisinus S. Genouefae 1351 s. XV.
Til = ed. I. Tilii, Parisiis 1568.
Bar = ed. Baronii ad a. 354 n. II sqq. (secundum *Til*).
Lat = coniecturae Latini Latinii in eius 'Bibliotheca' (Romae 1727) 157 sqq.
Har = ed. Hartel 1886 (CSEL XIV).

1 *Epistula inuenitur etiam in U et G, apud Tilium et Hartel, qui paucis exceptis lectiones cod. U secuti sunt, in appendice ad opera Luciferi Caloritani; de reliquis editoribus u. Studien I 33* 2—4 *om. UG* 3 LIUERIO *A* 5 liuerius *A* 6 opto *UG* 7 quo] quos *G* possim *UG* mansuetudinis *A* mansuetudins *U* 8 aperire *UG* etenim *UG* 9 ipsum *UG* merear *Har* 10 quia] qui *UG* repetit a *G* 11 reos *UGCm2* eos *ACm1* 13 omnia patienter *G* fer|.e *U* 14 semper uacat] . . . . *U* uabat *A* 15 retine *U* 16 est mihi *G* 17 ueruis *A* 19 conformata *susp. Lat* athanasii *UG* 20 uenerant *U* quae *om. G*

tudinem tuam fueram deprecatus, ut, ante omnia — quod specialiter optat mentis tuae erga deum sincera deuotio — cum fidei causa, in qua prima nobis spes est ad deum, diligenter fuisset tractata, negotia eorum, qui nostram circa deum obseruantiam mirari debent, possent finiri. et dignum fuerat dei cultore, dignum imperio tuo, quod Christi pietate regitur et augetur, specialiter hoc ipsum pro reuerentia sanctae religionis, cui prudenter intentus es, clementiam tuam nobis ad haec inpetranda praestare.

2. Sed multi ecclesiae membra lacerare festinant, qui confinxerunt me litteras subpressisse, ne crimina eius, quem dicebantur condemnasse, apud omnes paterent, quasi illas litteras episcoporum Orientalium et Aegyptiorum, quibus in omnibus eadem ⟨in⟩
2 Athanasium crimina continebantur. at satis omnibus clarum est nec quisquam negat nos Orientalium litteras intimasse, legisse ecclesiae, legisse concilio atque haec etiam Orientalibus respondisse. quis fidem et sententiam non commodauimus nostram, quod eodem tempore octoginta episcoporum Aegyptiorum de Athanasio sententia repugnabat, quam similiter recitauimus atque insinuauimus epi-
3 scopis Italis. unde contra diuinam legem uisum est etiam, cum episcoporum numerus pro Athanasio maior existeret, in parte aliqua commodare consensum. haec scripta, si deo fidem debet Eusebius, qui missus fuerat, festinans ad Africam nobis reliquit. quae tamen postea omnia scripta, ne ad inpetrandum forte concilium deessent, Uincentius, qui cum ceteris missus fuerat, Arelatum pertulit.

3. Uidet igitur prudentia tua nihil in animum meum introisse, quod deo seruientibus non dignum fuerat cogitare. testis autem

3 fuisse *A* negotia *Har* (*cf. p. 89, 19* Athanasi negotium) ne *ACm1* nec *UGCm2 Til Bar* technae *uel* tunc *uel* dehinc *sc.* eorum causae *susp. Cou* 4 obseruantia *A* 5 cultori *A* 6 regetur *A* 9 confinxerunt *UGC* confixerunt *A* 11 quasi (= *scilicet*)] *ATCm1Har* quas *UGCm2* per *Lat* quas illas litteras? episcoporum *Cou* 12 *alt.* in] *UGCm2*, *om. A* 13 at] ad *U* ut *ACm1* 14 legisse] legis *G* 15 atquę *A* adque ad *UG* quis (= quibus *Lat Har*) *G* qui *AU*,*C p. c.*, *Til Bar* cui *C a. c.*, *Fab* quia iis *susp. Cou* 16 sententiam *UG Cou* scientiam *ATC Fab* eo *Fab* 17 LXXV *UG Til Har* septuaginta quinque *Bar* sententiam *A* 18 episcopi tales *ACm1* 21 consensum] co . . . *U* 22 eusebius *G* euseuius *A* theosebius *UCm2* 22—24 festinans—fuerat *rep. U* 23 quae tamen] q . . . *U* 24 ceteris] *add.* legatus *UG* 25—27 Arelatum—dignum *om. G* pertullit *A* peruenit *Bar* 26 in *om. U* 27 testi *A*

mihi est deus, testis est tota cum suis membris ecclesia me fide et metu in deum meum cuncta mundana, ita ut euangelica et apostolica ratio praecepit, calcare atque calcasse. non furore temerario, f. 92r sed constituto | atque obseruato iure diuino atque in alio ministerio ecclesiasticus uiuens nihil per iactantiam, nihil per gloriae cupiditatem, quod ad legem pertinebat, impleui. ad istud officium 2 — testis est mihi deus meus — inuitus accessi; in quo cupio quidem sine offensa dei, quamdiu in saeculo fuero, permanere. et numquam mea statuta, sed apostolica ut essent semper firmata et custodita, perfeci. secutus morem ordinemque maiorum nihil addi episcopatui urbis Romae, nihil minui passus sum. et illam fidem seruans, quae per successionem tantorum episcoporum cucurrit, ex quibus plures martyres extiterunt, inlibatam custodiri semper exopto.

4. Denique iam me aperire causam pietati tuae sollicitudo ecclesiastica atque ipsa deuotio persuadet. significant Orientales paci se nostrae uelle coniungi. quae est pax, clementissime imperator, cum sint ex partibus ipsis quattuor episcopi Demofilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo, cum apud Mediolanium Arri hereticam sententiam noluissent damnare, de concilio animis iratis exierunt? horum si fas est sententiis, quale sit aut quid periculi habeat, commodare consensum, aequitas et clementia tua poterit aestimare. non est nouum, quod nunc subtiliter 2 et sub occasione nominis Athanasi adtestantur. manent litterae Alexandri episcopi olim ad Siluestrum sanctae memoriae destinatae, quibus significauit ante ordinationem Athanasi undecim tam pres-

24 cf. epist. Liberii *Me frater* (VIII 1350 M)

1 est (esto *U a. c.*) mihi *UG* 2 metum *ACm1* meum] me *UG* 3 praecipit *G Bar Har* adque *A* 4 *pr.* atque] adque *A* ministerio] mysterio *A, C a. c.* 5 ecclesiasticus *UGCm2 Til Bar* ecclesiastico *Cou Har* ecclesiasticis *A* cupiditate *A* 6 *alt.* ad] *praem.* atque *UG* et *Cm2γ* 10 addidi *UG* 11 sum *om. G* 12 seruens *A* succurrit *A, C a. c.* 15 me aperire] perire mea *U* aperire meam *Lat Har* 16 ipsam *G* significans orientalē *A* 17 paci se] pacis et *U* paci *γ* 19 machedonius *A* 20 Mediolanum *Til Barγ* Arrii *Har* arii *UGγ* here . . . m *U* sententiam haereticam *Cγ* uoluissent *UTil* damnari *susp. Har* 21 iratis . . . mis *U* 22 quid periculi habeat] qd (i *s.* q) . . . . . . *U* quales sint aut quidquid habeant *susp. Har* commodare] . . . re *U* 23 stimare *U* nunc] nō *U* 24 adtentatur *Cm2γ* adtemptatur *UG* 26 significauit *Cou* significant *AUG Til Har* athanasii *UG*

byteros quam etiam diacones, quod Arri heresem sequerentur, ecclesia eiecisse. ex quibus nunc quidam extra ecclesiam catholicam foris positi dicuntur sibi conciliabula inuenisse, quibus adseueratur etiam Georgius in Alexandria per litteras communicare. quae ergo potest pax esse, tranquillissime imperator, si exhibitis episcopi, ut nunc per Italiam factum est, cogantur talium sententiis obedire?

5. Accipe aliud, quia tranquillitas tua patienter admittit. manent legatorum litterae, qui ad clementiam tuam fuerant destinati, quae nuper uenerunt. quibus significant | propter turbationem f. 92r
quidem omnium ecclesiarum se quidem ante succumbere sententiis Orientalium uoluisse, proposuisse tamen conditionem, ut, si idem Arrii haeresem condemnassent, hoc genere inclinati eorum senten-
2 tiis obedirent. placitum, ut ipsi significant, scriptura teste firmatur, itur in concilium, accipiunt cum deliberatione responsa Arri doctrinam se damnare non posse, Athanasium, ⟨quod solum exigebant, communione esse priuandum⟩. hinc iam clementia tua hoc quoque consideret, recte catholicae religionis iure seruato an hominis causa debeat diligenter excusseque tractari.

6. Unde iterum atque iterum mansuetudinem tuam et animum tuum deo deuotum rogamus per eius uirtutem, qui se, in defensione tua quantus sit, uniuersis mortalibus adprobauit, ut habens ante oculos eius beneficia, qui imperium tuum in omnibus regit, haec in coetu episcoporum diligenter facias omni cum consideratione tractari, ut pacatis per te deo fauente temporibus, tranquillitate

24 cf. epist. Liberii *Me frater* (VIII 1350 M)

1 diaconis *G* Arrii *Har* arii *UGγ* 2 ecclesia] ecclesiā *A*, *praem.* se *UG edd.* de *Cm2* 4 alexandriam *A* 5 pax potest *Cγ* exhibitis episcopi *Cm2γ Har* exhibitis (exibitis *A*) episcopis *ATCm1* exhibiti ep̄i *UG* 9 quae *G* destinatae *G* 10 turbaetionem *U* turbatione *A* 12 conditione *A* iidem *γ* 13 arii *UGγ* haeresim *A* heresem *U*; *cf. supra l. 1* se (essent *Har*) inclinati (inclinando *Cm2*) eorum s. oboedire *UGCm2* 15 consilium *UG* Arrii *Har* arii *UGγ* 16—17 quod—priuandum] *UGCm2*, *om. ACm1* 17 communionē *U* 19 excussoque *A* 20 adque *A* mansuaet . . . . | tuum *U* et] *om. U* atque *γ* 21 deuotum] deditum *UG* rogo *UG* uirtute . . . | in *U* 22 sit *γ Har* sis *AUTilBar* ad . . . . . | habens *U* 23 tuum . . . . . | regit *U* 24 facit . . . . . | sideratione *U* facito *Lat Har* 25 tractari] testari *UGTil* fauen . . . . . | tranquillitate *U*

tua consentiente, sic omnia discutiantur, ut, quae iudicio sacerdotum dei confirmata constiterunt omnes in expositionem fidei, quae inter tantos episcopos apud Nicheam praesente sanctae memoriae patre tuo confirmata est, uniuersos consensisse, cum exemplo possint in posterum custodiri, ut ipse saluator, qui desuper mentis tuae propositum intuetur, in tanta rerum expeditione laetetur causam fidei et pacis etiam rei publicae necessitatibus non inmerito praeposuisse. ad exorandum igitur mansuetudinem tuam, 2 ut beniuolo animo allegationes nostras audire digneris, fratrem et coepiscopum meum sanctum uirum Luciferum cum Pancracio presbytero et Hilario diacono placuit proficisci. quos credimus de clementia tua ad pacem omnium ecclesiarum catholicarum non difficulter posse concilium impetrare. dei omnipotentis clementia te nobis custodiat, clementissime ⟨ac religiosissime⟩ Auguste. EXPLICIT.

VIII.

Epistula Constantii ad syn. Ariminensem (359).

INCIPIT EXEMPLUM EPISTULAE CONSTANTII IMPERATORIS AD EPISCOPOS ITALOS, QUI IN ARIMINENSI CONCILIO CONUENERUNT.

f. 93r | Uictor Constantius Maximus triumphator semper Augustus episcopis. Cou VII 1—2

1. Continent priora statuta, uenerabiles, sanctimoniam legis rebus ecclesiasticis niti. satis superque perspeximus litteris ad nostram prudentiam datis isdem oportere operam dare, cum profecto et episcoporum id officio congruat et salus omnium longe la-

1 discutiantur *Cm2γ* discucientur *A* disc . . . . . *U* quae] *add.* fuerint *UG* 2 confirmata] *add.* cum *UG plerique edd.* constiterunt *Eng* consisterunt *A* constiterint *Cm2* constituerint *UG Til* constiterit *Bar Cou Har* expositione *UG* 3 nitiam *U* Niciam *Har* 5 posint *A* possent *UG* 6 laetetur] *add.* te *UG* 8 proposuisse *ACm1* *A in mg.:* Lucifer ep̄s pancracius pr̄b hilarius dic̄ legaci directi sunt 10 prancatio *UG* conpresbitero meo *U* 11 hilaro *A* quod *G* 12 catholicorum *A* 13 consilium *UG* 14 te nobis] tenebis *A* ac religiosissime] *UG Cm2 edd., om. ACm1* 16 *Ediderunt epistulam secundum Fab uel Cou Baronius ad a. 359 n. XII Binius I 477, Ed. regia III 190 sq., Labbe-Cossart II 793 sq., Hardouin I 71, sq., Coleti II 896 sq., Mansi III 297* 17 CONSTANTINI *ACm1* 18 ARIMINSI*IA* conuenerant *TC Cou* 19 constantinus *ACm1* 20 episcopus *A* 21 statuta *Fed* istatuta *A* instituta *Cγ* 22 ecclesiastici *A* perpeximus *A* 23 nostram *Cγ* uestram *AS*[2] iisdem *γ* com *A* profeto *A*

teque populorum hoc fundamine roboretur. sed res admonuit sta-
tuta rursus existere. non enim aliquis definita geminari superfluum
iudicabit, cum crebra consueuerit admonitio augere cumulum dili-
2 gentiae. his ita se habentibus de fide atque unitate tractari debere
cognoscat sinceritas uestra et operam dari, ut ecclesiasticis rebus
ordo conpetens praebeatur. discurret namque cunctorum prospe-
ritas ubique populorum et concordia fida seruabitur, cum penitus
amputatis de huiusmodi quaestionibus cunctis sectanda commouerit.

2. Res ista non debet intentionem animi longius propagare; non
enim de Orientalibus episcopis in concilio uestro patitur ratio aliquid
definiri. proinde super his tantum, quae ad uos pertinere cognoscit
grauitas uestra, tractare debebitis et conpletis celeriter uniuersis
consentiente consensu decem mittere ad comitatum meum, ut pru-
dentiae uestrae prioribus litteris intimauimus. praedicti enim
poterunt omnibus, quae eisdem Orientales proposuerint, respondere
uel tractare de fide, ut exitu competenti omnis quaestio terminetur
2 et ambiguitas sopiatur. quae cum ita sint, aduersus Orientales
nihil statuere uos oportet. aut si aliquid uolueritis contra eosdem
praedictis absentibus definire, id quod fuerit usurpatum, inrito
euanescet effectu. non enim ullas uires habere poterit definitio,
cui nostra statuta testantur iam nunc robor et copiam denegari.
quae cum ita sint, moderatione religionis uenerabiles antistitibus
consentanea debetis ueneranda perficere, ut id, quod religio
postulat, explicetur et, quod audiri prohibet ratio, nullus usurpet.
diuinitas uos seruet per multos annos, parentes. | EXPLICIT. DATUM f. 93r
V. KAŁ. IUNIAS EUSEBIO ET YPATIO CONSS.

1 statuta *Fed* istatuta *A* instituta *Cγ* 2 non enim] noenim *A* geminari] examinari *susp. Cou* 3 iudicabit *Cγ* iudicauit *A* crebra S^1S^2 *Cou* creba (a *eras.*) *A* rebus *C Fab* 5 dare *Cou* 6 discurret *γ* discurrit *A* 7 seruauitur *A* 8 de *Fed* de rebus *Cou* ne *AT* nec *Fab* de huiusmodi *idem quod* de talibus rebus cunctis *Cγ* cuncti *A* sectanda *Cou* sectando *A* commouerit (*sc. sinceritas uestra*)] commonuerit *Cou* 9 ista *γ* ita *A* debet] *add.* ita *γ* longius *om. C Fab* 10 aliquit *A* 11 uos] hos *ACm1* 12 debetis *Cou* 19 praedictis *Cγ* praeditis *A* fuerit (t *eras.*) *A* 20 euanescet *γ* euanescit *A* effectū *A* ullas *ex* illas *Cm1* illa *Cm2γ* 21 robur *Cm2γ* copiam *Cou* cupiā *A* 22 uenerabilibus *γ* 24 audere *susp. Cou* ratio] *C in mg., om. Cou* 25 parentur *A* DATUR V (*sic, non* VI) KAŁ (K *ex* R) *etc. A* datum VI. kal. *C* K. (= *carissimi*) datum VI. kal. *γ*

Ex actis syn. Ariminensis (359).
Cou VII 3—4
Definitio homousianorum.

IX.

1.

INCIPIT DEFINITIO HABITA AB OMNIBUS CATHOLICIS EPISCOPIS, PRIUSQUAM PER TERRENAM POTESTATEM TERRITI HERETICORUM CONSORTIO SOCIARENTUR IN CONCILIO ARIMINENSI.

(3) Sic credimus placere omnibus posse catholicis a symbolo accepto recedere nos non oportere, quod in collatione apud omnes integrum recognouimus, nec a fide recessuros, quam per prophetas a deo patre per Christum dominum nostrum docente spiritu sancto et in euangeliis et in apostolis omnibus suscepimus, et per traditionem patrum secundum successionem apostolorum usque ad tractatum apud Nicheam habitum contra heresim, quae tunc
temporis exurrexerat, posita nunc usque permanet. quibus om- 2
nibus nec addendum aliquid credimus nec minui posse manifestum

2 *Ediderunt definitionem secundum Fab uel Cou Baronius ad a. 359 n. XVI sq., Binius I 478, Ed. regia III 192, Labbe-Cossart II 795, Hardouin I 711 sq., Coleti II 897 sq., Mansi III 298 sq.* 3 DEFINITIO] *add.* catholica *γ* 4 TERRAE NAM *A* 7 nos recedere *Cγ* 10 *tert.* et] ut *ACmlγ* 11 traditione *A* 13 positā *ACml* positum *γ*

INCIPIT PRAEFATIO.

Placitum est in concilio habito, in quo credimus posse placere omnibus catholicis, [ut] a symbolo accepto recedi omnino non debere, quod in conlatione aput omnes integrum recognouimus, nec a fide nos recessuros, quam per prophetas a domino deo patre per Christum dominum nostrum docente spiritu sancto in euangelio et apostolis omnibus suscepimus per traditionem patrum secundum successionem apostolorum, quae aput Niciam tractata [sunt] contra hereses, quae eo tempore surrexerunt, proposita est ⟨et⟩ nunc usque permanet. quibus a nobis omnibus nec addendum aliquid credimus nec minuere
posse manifestum est. placuit ergo nihil nouum fieri, 'substantiae' quoque, quod 2

J = Cod. Bodleianus e Mus. 101 s. VII (f. 62ᵛ).
Ius = G. Voellus et H. Iustellus, Biblioth. iuris can. I (1661) 304.

17 ut] *J Ius, del. Eng* symbolo *Fed* sinodo *J Ius* 18 quam *Fed* quae *J Ius* 19 nostrum] n̄ *J, om. Ius* 21 successionem *Fed* traditionem *J* sunt *del. Fed* ⟨in⟩ tractatu contra—proposita nunc *Eng* 22 proposita *Fed* praepositum *J Ius* et *add. Fed* 24 nihi *J* fieri nouum *Ius* substantia *J* quoque *om. Ius*

est. placet ergo nihil nouum fieri, 'substantiae' quoque nomen et rem, a multis sanctis scripturis insinuatum mentibus nostris, optinere debere sui firmitatem. quam rem cum suo nomine ecclesia catholica cum doctrina deifica semper confiteri et profiteri consueuit.

2 insinuatam *γ*

Graeci dicunt 'usiam', nomen quidem in multis sanctis scripturis insinuatum mentibus nostris obtinere sui debere ⟨firmitatem⟩ *

6 scribturis *J* 7 firmitatem *add. Fed*

Textus narratiuus.

2.

Huic definitioni omnes in unum catholici conspirantes suscripserunt. (4) eodem in concilio postquam statutum est nihil debere paternam minui traditionem, etiam, qui contra hanc ueniebant, omnium in unum conspirantium spiritali uoce sunt damnati. cuius tractatus hoc est exemplum.

Damnatio haereticorum.

3.

EUSEBIO ET YPATIO CONSS.
XII. KAL. AUGUST.

Cum apud locum Ariminensem episcoporum synodus fuisset collecta et tractatum fuisset de fide et sedisset animo, quid agi deberet, Grecianus episcopus a Calle dixit: | 'Quantum decuit, fratres carissimi, *f. 9r* catholica synodus patientiam habuit e piam ecclesia totiens ⟨se⟩

9 *In A textus narratiuus falso scriptura continua cum* Definitione *coniunctus est* 15 *Ediderunt damnationem secundum Fab uel Cou Baronius ad a. 359 n. XVII. Hardouin I 711—714, Coleti II 898 sq., Mansi III 299* 16 EUSEUIO *A* 18 collecta *Cγ* collectus *A* 20 decuit (προσῆκον) *Cou* dicunt *ATC Fab* 21 piam] *add.* se *Cou* pia—totiens exhibuit (*sc.* patientiam) *Eng* ecclesia *Cou* ecclesiam *AC Fab* se *add. Fed*

ΑΠΟΦΑΣΙΣ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ.

Ἕως προσῆκον ἦν καὶ δυνατόν, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, ἡ καθολικὴ σύνοδος καὶ ἡ ἁγία ἐκκλησία τῇ ἰδίᾳ ὑπομονῇ καὶ ἀνεξικακίᾳ ἤνεγκεν οὐκ ἀγεννῶς

22 *Textus graecus traditur apud Athanas. de syn. 11 (p = cod. Parisinus graecus 474 s. XI; s = cod. Basileensis graec. A. III. 4 s. XIV; Mau = ed. 1777* 24 ἀγενῶς *s*

exhibuit iuxta Ursacium et Ualentem, Germinium, Gaium, qui totiens mutando, quod crediderant, omnes ecclesias turbauerunt et nunc conantur hereticum animum suum inserere animis Christianis. subuertere enim uolunt tractatum habitum apud Nicheam, qui positus est contra Arrianam heresim et ceteras. adtulerunt nobis praeterea conscriptam fidem a se, quam recipere nos non
licebat. iam quidem heretici antehac nobis pronuntiati sunt et 2
multis diebus est conprobatum. quos et ad nostram communionem non admisimus uoce nostra damnantes eos praesentes. nunc iterum quid uobis placet, iterum dicite, ut singulorum suscriptione firmetur'. uniuersi episcopi dixerunt: 'Placet, ut heretici suprascripti damnentur, quo possit ecclesia fide inconcussa, quae uere catholica est, in pace perpetua permanere'. EXPLICIT.

1 iuxta] erga *Cou*   6 a se fidem *Cy*   7 ante ac *A*   pronuntiati *Cy* pronuntiate *A*   11 suprascripti] ss̄ *AC*

*Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλην καὶ Γάϊον καὶ Γερμίνιον καὶ Αὐξέντιον· οἵτινες ἄλλοτε ἄλλα φρονοῦντες πάσας τὰς ἐκκλησίας συνετάραξαν, οἳ καὶ νῦν ἐπιχειρῆσαι τετολμήκασιν τὸν αἱρετικὸν λογισμὸν τῇ τῶν ὀρθοδόξων πίστει συνάψαι καὶ διαλῦσαι τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον, ἥτις ἀντίμαχος ὑπάρχει τῇ τῶν Ἀρριανῶν αἱρέσει, ἔξωθεν ἰδίαν τινὰ καὶ ἀλλοτριωτάτην τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας συγγραφεῖσαν πίστιν προσφέροντες, ἥντινα ἡμᾶς δέξασθαι ἀθέμιτον ἡγησά-
μεθα. ἔκπαλαι γὰρ οὗτοι αἱρετικοὶ ὄντες καὶ τἀναντία φρονοῦντες καὶ* 2
νῦν ἀπεδείχθησαν. οὓς πρὸς τὴν ἡμετέραν κοινωνίαν συνελθεῖν οὐκ ἐπιτρέπομεν τῇ ἰδίᾳ φωνῇ παρόντας αὐτοὺς κατακρίνοντες καὶ καθαιροῦντες. νῦν τοίνυν, ὅπερ δοκεῖ, ἀποφήνασθε, ἵνα ἑνὸς ἑκάστου ἡ γνῶσις ἐκ τῆς ὑπογραφῆς εἴη βέβαιος. ὁμοθυμαδὸν οἱ ἐπίσκοποι φάσκομεν· 'Οἱ προειρημένοι ἐχθροὶ καθαιρεθῶσιν, ἵνα ἡ καθολικὴ πίστις ἐν εἰρήνῃ διαμείνῃ'.

14 *γερμήνιον ps*   17 *πύνοδον p a. c.*   20 *τἀγαντία p*   21 *ἐπιτρέπο•μεν p*   22 *κατακρίνοντες Mau κατακρίναντες ps*

SERIES B.

Praefatio.

I.

Cou I

1. Sancto spiritu plenus Paulus apostolus ad Corinthios ita loquitur: manet autem fides, spes, caritas. magnum consummandae ueritatis sacramentum ita triplici humani sensus affectione conplectitur. reliquarum autem rerum siue officia siue dona, in quibus nunc pro parte uersamur, abolenda significat, cum aduentu domini nostri Iesu Christi caelestis concilii perfectio inueniatur. corruptione enim nostra in aeternitatis gloriam transformata hoc, quod nunc esse aliquid creditur, non erit, quando tribui coeperit,
2 quod, cum est, semper aeternum est. uerum fidei, spei, caritatis hoc meritum est, ut mortis debito corporibus dissolutis semper maneant nec umquam desinant et, cum omnia in homine | pro parte sint, f. 94r haec tamen sola perfecta sint. nam siue prophetiae abolebuntur siue linguae cessabunt siue scientia destruetur, tria illa superiora perfectionem inmutabilem consequuntur et nihil aut extrinsecus mutuabuntur aut ultra, quam optinent, uberius adquirent. cum enim prophetias et linguas et scientiam ueritas absoluta depellit, fidem, spem, caritatem, capessendae aeternitatis traduces et patronos, ipsa, sicuti erunt, aeternitas ad-

4 I Cor. 13, 13 7 cf. I Cor. 13, 10 14 I Cor. 13, 8

1 SERIES B] *cf. p. 43, 1 not.* 3 *praem. titulum* INCIPIT LIBER SECONDUS (sc̄i *C p. c.* SANCTI *Fab*, *C add.* sc̄i. sic in Indice *in mg.; uoces* Liber sc̄i hilarii pictauiensis episcopi *reuera habentur in indice cod. A; Cou praem.:* FRAGMENTA EX LIBRO SANCTI) HILARII PICTAUIENSIS PROUINCIAE AQUITANIAE, IN QUO SUNT OMNIA, QUAE (quaeue *C*) OSTENDUNT (qua ratione *add. Fed in Studien I 127*, quando *add. Savio in Punti controversi della questione del papa Liberio [1911] 91*) UEL QUOMODO, QUIBUSNAM (QUIBUSDAM *A*) CAUSIS, quibus instantibus sub imperatore constantio factum est ariminense concilium contra formellam nicheni (nechenū *A*) tractatus, qua uniuersae hereses conpressae (compressae *coni. Cou* conpraehensae *AC*, *u. Studien I 128*) erant, scī hilari (s. hil. *om. Cm1γ*) *ATCγ; de origine huius tituli u. Studien I 128* 4 manent *Cm2* charitas magnum cons. uer. sacramentum. ita *Fab* consumande *A* 5 ita] quo *Cm2* triplicem *Fab* affectione *Cou* affeccionē *A* affectionem *C Fab* 6 conpletitur *A* 9 corruptionē *A* nostram *A* 10 aliquid esse *C Cou* 11 uerum *γ* utrū *A* charitatis *C* caritas *A* 12 debito] merito *Cm1* 13 pro *γ* prae *A* 14 prophetiae *C* prophetia *A* 17 mutabuntur *γ* 18 obtinent *γ* optinunt *A* obtinuit *TC* 19 capessenda *A* 20 traduces et *Cm2* traduceret *ACm1* sicuti ipsa *Cγ*

prehendet. et singularum quidem rerum idem beatus apostolus 3
merita exigui honoris sui ⟨ui⟩ distinxit, ut intellegi promtum esset
ceteris profectu augumenti caelestis abolendis non exiguo honoris
sui fructu tria haec sola esse, quae maneant quidem.
2. Igitur deus iustitiae praemiis muneratur creditus ab igno-
rante, quod deus sit. atque ob id Abraham fides prima iustificat
et Cananae filiam silentio dominum temtantis matris fides saluat
et credentibus in nomine eius potestas in Iohanne tribuitur, ut ex
deo nati sint. magnum est fidei meritum et perfecta credentibus
deo beatitudo, per quam genitis in corpore, ⟨in⟩ iniquitate, in aegri-
tudine et iustitia et sanitas et ortus ex deo est. spes uero amoeni- 2
tatem uitae mundialis et bona saeculi quiescentis in his, quae a deo dis-
posita confidit, exsuperat praesentium damno futurorum lucra me-
ritura; quam dominus tali praemio muneratur: *omnis, qui re-
liquerit domum uel fratres uel sorores aut
matrem aut filios aut agrum propter nomen
meum, centumplum accipiet et uitam aeter-
nam possidebit.* egregia uirtutum dei testis fiducia expecta-
tionis suae, praesentia quaeque ut nulla et incerta despiciens, futura
uero ut aeterna et praesentia adprehendens! sed quamquam man- 3
surae fidei, spei, caritati parem gloriam idem apostolus tribuat et
aequaliter inuiolabiles eas esse significet, caritatem tamen prae-
stare ceteris superioribus indicat. per hanc enim quodam uinculo
deo suscepti amoris adnectimur fitque indiuidua ab eo uoluntas
nostra semel nomini eius caritate pietatis infusa, a qua non gladius,
f. 95r non | fames, non nuditas separabit, per quam ira, aemulatio, am-

5 cf. Hebr. 11, 6 6 cf. Rom. 4, 3. 9 7 cf. Matth. 9, 20—22. 15, 22—28
8 cf. Ioh. 1, 12 14 Matth. 19, 29 21 cf. I Cor. 13, 13 25 cf. Rom. 8, 35

1 apostulus *A* 2 merita] *add.* ratione *Cou* ui *add. Eng* 3 profectu
S^1*Cou* profecia *A* prophetia *TCFab* augmenti *Cγ* 4 fructũ *A* esse *γ*
esset *A* essent *C* quidem] quandoquidem *Cm2* eadem *susp. Cou* 5 praeuius
numeratur S^1*Cou* primus numeratur *C a. c., Fab* creditus *C* credimus *A* 6 adq.
obit *A* 7 Chananaeae *γ* temptantis *Cm2* temtante *A* fidesaluat *A*
10 corporis *Cm2* *alt.* in *praem. Cou* 11 sanctitas *Cm1* hortus *A* 12 mundi-
alis *γ* mundi aliis *C* mundialiis *A* bona *γ* bonã *A* quiescens *corr. Cou*
disposi•ta *A* 14 praemi•o *A* 16 matrem *Cγ* matres *A* filius *A*
17 centuplum *Cγ* 18 possedebit *A* 19 quequae *A* 20 sed *γ* et *A*
21 caritatis *A* tribuet *ACm1* 22 caritate *A* 23 indicat *C Cou* iudicat *AFab*
26 separauit *A Cm1*

bitio, iniquitas, luxus, cupiditas conprimuntur. atque idcirco, cum maneat fides, spes, caritas, maior horum est caritas, per quam admixtos insecabili in dei nomine affectu nulla uis saecularium motuum aut dissoluit aut diuidit.

3. Et huic tantae, tam graui apostolicae auctoritati ego quoque
inter ceteros, si quid mihi post eos loci est, testimonium reddo per
hanc caritatem repositam nobis ante tempora saecularia in caeli
2 spem adsumtis. et nomini dei ac domini Iesu Christi adhaereo
iniquorum societatem et infidelium consortium respuens, cum quo
florere bonis saeculi, otio domestico frui, commodis omnibus redun-
dare, familiaritate regia gloriari et esse falso episcopi nomine, sin-
gulis uniuersisque et publice et priuatim in ecclesiae dominatu grauem
effici par ut ceteris potestas dabatur, si modo ueritatem euangelicam
falsitate corrumperem, conscientiae reatum blandimento ignoran-
tiae consolarer, iudicii corruptelam excusatione alieni arbitrii de-
fenderem, hereseos piaculo non fide mea, quae utique esset ob-
noxia, sed simplicitate ignorantium non tenerer, probitatem sub diffi-
cultate publicae intellegentiae mentirer. haec enim ⟨in⟩ simplicitate
3 cordis per fidem et spem Christi caritas manens non tulit. et
cum ab apostolo accepissem: *non enim accepimus
spiritum formidinis*, et cum de domino dicente didi-
cissemus: *omnis, qui confitebitur me coram
[cum] hominibus, et ego confitebor eum co-
ram patre meo, qui est in caelis*, et per eundem
dictum esset: *beati, qui persecutionem pati-
untur propter iustitiam, quoniam ipsorum
est regnum caelorum; beati estis, cum uos
maledicent et persequentur et dicent omne
malum aduersum uos propter iustitiam; gau-
dete et exultate, quoniam merces uestra co-*

2 cf. I Cor. 13, 13 20 cf. Rom. 8, 15. II Tim. 1, 7 22 Matth. 10, 32 25 Matth. 5, 10—12

3 motū *A* 5 auctoritatis *A* 7 caelis *ACm1* 8 adsumsit *ACm1* 10 bonis saeculi *coni. Cou* nobis seculi *ACm1* nobis in saeculo *Cm2* 14 falsitatem *A* 16 fidē meā *ACm1* esset *γ* esse *A* 17 difficultatē *ACm1* 18 in *add. Cou* simplicitate *Cou* simplicitatē *ATC* 21 cum de domino *Cou* com dn̄o de *A* de *om. C* 23 cum *del. Cγ* 28 persequentur *C* persecuntur *A*

p i o s a e s t i n c a e l o, non potui praeferre ambitiosam in reatus silentio conscientiam iniuriosae pro dei confessione tolerantiae.

4. Proferre igitur in conscientiam publicam opus temto graue et multiplex, diabolica fraude perplexum, hereticorum parte subtile, f. 95r dissimulatione mul|torum ac metu praeiudicatum, locorum, in quibus gesta res est nosque agimus, disparatione peregrinum, tempore antiquum, silentio nouum, pridem simulata rerum pace praeteritum, proxime impia fallacissimorum hominum calliditate renouatum hocque, quo etiam in Romani imperii negotiis quies carpitur, rex angitur, palatium feruet, episcopi circumcursant, officiales magistri uolitant, aduersus apostolicos uiros officiorum omnium festinatione turbatur. ita ubique agitur, trepidatur, instatur, ut plane iniquitatem huius adsertionis optinendi labor et cura prodiderit. enimuero 2
uersari in sermone hominum iam diu memini quosdam sacerdotum dei idcirco exulare, quod in Athanasium sententiam non ferunt, et hic error prope omnium mentes occupauit, ut sub nomine eius non satis unicuique eorum dignam causam suscepti exilii arbitrentur.

5. Praetermitto autem, licet potissima regi sit deferenda reuerentia — quia enim a deo regnum est —, non tamen aequanimiter iudicium eius episcopalibus arbitriis admitti, quia Caesaris Caesari, deo autem reddenda, quae dei sunt. taceo imperatoris sublata causae cognitione iudicium, non queror extorqueri de absente sententiam, quamuis apostolo dicente: u b i f i d e s e s t, i b i e t l i b e r t a s e s t pati istud simplicitas sacerdotalis non debeat; sed haec, non quia contemnenda sunt, uerum quia his grauiora sint subiecta, praetereo. quamquam enim 2
ex his, quibusque in terris gesta sint, cognosci potuerit longe

3 sq. cf. Phoebad. c. Arrianos 1 21 cf. Luc. 20, 25 24 cf. II Cor. 3, 17

1 perferre *Fab* ambitiosam *Cou* ambiciosa *ATC* ambitioso *Fab* reatu *CFab* 5 metum *ACm1* 6 disparatione *Cm2* desperatione *ACm1γ* 8 callidatate *A* 9 hocque, quo *γ* hoc quod qui *ACm1* hoc quo *uel* hoc quia *Cm2* (renouatum.) hoc quoque *Eng* 11 omnium *γ* nominū *A* 13 labore *ACm1* 19 *A in mg.:* Idō sacerdotes dī exulauant qd̄ sc̄m athasiū noleuant damnare referenda *γ* 20 eī *A* 24 sententia *ACm1* 28 ex his quibusque *Cou* (*sed susp.* ex his, quae quibusque) ex his quibusue *AC* ex aliquibus quae *Duchesne et Wilmart* (*Rev. Bénéd.* XXV [*1908*] *228*) quibusque = *quibuscunque* in terris] Biterris *Duchesne et Wilmart l. c.*

aliud agi, quam existimabatur, tamen propensiore cura rem omnem hoc uolumine placuit exponere. raptim enim tunc haec per nos ingerebantur, corruptio euangeliorum, deprauatio fidei et simulata
3 Christi nominis blasphema confessio. et necesse fuit in eo sermone omnia esse praepropera, inconposita, confusa, quia, quanto nos inpensiore cura audientiam quaereremus, tanto illi pertinaciore studio audientiae contrairent.

6. Incipiam igitur ab his, quae proxime gesta sunt, id est ex eo tempore, quo primum in Arelatensi oppido frater et comminister | meus Paulinus, ecclesiae Triuerorum episcopus, eorum se perditioni simulationique non miscuit. et qualis fuit illa sententia, exponam, a qua referens uoluntatem indignus ecclesiae ab episcopis, dignus
2 exilio a rege est iudicatus. atque hoc ita fieri non rerum ordo, sed ratio ex praesentibus petita demonstrat, ut ex his primum confessio potius fidei quam fauor in hominem intellegatur, ex quibus in eum, qui adsensus his non est, coepit iniuria.

7. Atque hoc etiam non inutiliter admonebo, ut ad omne hoc uolumen diligens intentio adhibeatur. omnia enim sunt et separanda temporibus et distinguenda iudiciis et secernenda personis et uerborum diiudicanda uirtutibus, ne forte tot epistulis, tot synodis tunc frequenter ingestis pernicioso ante finem fastidio ex-
2 pleatur. agitur autem in his, quae cognitio dei expetenda sit, quae spes aeternitatis, in quo perfecta ueritas statu haereat. et cum tam grauis rei negotium tractetur, oportet et unumquemque his modo curam cognoscendis rebus inpendere, ut iudicio deinceps proprio consistens opinionem non sequatur alienam. EXPLICIT.

2—7 cf. Hilar. c. Constant. 2   3 sq. cf. ep. synodi Sardicensis *Benignifica* 3 (infra p. 183, 10. 11. 15)

1 curarem *ACm1*   2 raptim *Cm2* raptum *A*   5 quia γ quae *A*   6 inpensiore cura γ inpensiores curae *A*   pertinatiores *A, Ca.c.*   8 ex *om. C*γ   9 quo γ quod *A*   10 Treuirorum γ   *A in mg.:* Incipo narrare que iesta sunt de sco paulino epo   11 illi *Fab*   ecclesia *Eng*   15 fauor in hominem *Cou* pauor in homine *ACFab*   hominem *sc. Athanasium*   16 coepit iniuria *Fed* coepit iniuriā *A* cepit iniuriam $S^1C\gamma$ 19 distingenda *A*   21 ingestis *Eng* (*cf. l. 3*) ingentis *A* iniectis *C*γ   22 expectanda *Fab*   25 cognoscendis *C*γ cognoscentis *A*

Fragmentum apologeticum defendens Athanasium.

II.

1.

Cou II

Epist. syn. Sardicensis Occidentalium (343/4).

INCIPIT EXEMPLUM EPISTULAE SYNODI SARDICENSIS AD UNIUERSAS ECCLESIAS.

1. Multa quidem et frequenter ausi sunt Arriani heretici aduersus seruos dei, qui fidem rectam et catolicam custodiunt. adul-

2 *Ediderunt epistulam secundum textum Coll. Antiar. Par. Labbe-Cossart II 679—684, Hardouin I 661—667, Coleti II 711—716, Mansi III 69—74; de reliquis editoribus u. Praef. II A 4 et Studien I 33* 6 adulteri | nā *A*

Sancta synodus secundum dei gratiam aput Sardicam collecta ex Roma, Hispaniis, Galliis, Italia, Campania, Calabria, Africa, Sardinia, Pannonia, Moesia, Dacia, Dardania, altera Dacia, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiro, Thracia, Europe, Palestina, Arabia, ubique episcopis conministris catholicae et apostolicae ecclesiae, dilectissimis fratribus.

1. Multa quidem et saepius ausi sunt Arriani aduersus seruos dei fidem seruantes rectam. adulterinam enim submittentes doctrinam orthodoxos perse-

W = cod. Ueronensis LX s. VII.
Bal = ed. Ballerini (S. Leonis Opera III 598 sqq.).

7 *Textus cod. W translatus est ex textu graeco (cf. Praef. II A 3 et Studien I 21), qui differebat quidem a textibus Athanasii et Theodoreti, sed textui Theodoreti ualde similis erat* sardacam *W* *de prouinciis, ex quibus episcopi conuenerant, u. Studien II 64 sqq.* 8 italię *W* campanię *W* calabrię *W* 9 epero *W* 10 Europe *falso pro* Rodope (*cf. Bal et Studien II 66 sqq.*) arbia *W* ubique] *praem.* uniuersis *Bal, sed cf. textum graec.* 12 multam *W*

Ἡ ἁγία σύνοδος ἡ κατὰ θεοῦ χάριν ἐν Σαρδικῇ συναχθεῖσα τοῖς ἁπανταχοῦ ἐπισκόποις καὶ συλλειτουργοῖς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

1. *Πολλὰ μὲν καὶ πολλάκις ἐτόλμησαν οἱ Ἀρειομανῖται κατὰ τῶν δούλων τοῦ θεοῦ τῶν τὴν πίστιν φυλαττόντων τὴν ὀρθήν. νόθον γὰρ ὑπο-*

14 *Epistula traditur graece ab Athanas. apol. c. Arian. 44—49 (p = cod. Parisinus graecus 474 s. XI; s = cod. Basileensis graecus Δ. III. 4 s. XIV; Mau = ed. a. 1777) et a Theodoreto hist. eccl. II 8 (ed. Parmentier); argumentum narrat Sozom. hist. eccl. III 12; uersio latina Theodoreti habetur apud Cassiodor. hist. trip. IV 24 (uariantes apud Parmentier). repraesentamus textum graecum secundum Athanasium* συναχθεῖσα ἐν σαρδικῇ *s* συναχθεῖσα] *add.* ἀπό τε Ῥώμης καὶ Σπανίων καὶ Γαλλίων, Ἰταλίας, Καμπανίας, Καλαβρίας, Ἀφρικῆς, Σαρδανίας, Παννονίας, Μυσίας, Δακίας, Δαρδανίας, ἄλλης

terinam ⟨namque⟩ doctrinam inserentes orthodoxos persequi temtauerunt. in tantum autem nunc exsurrexerunt contra fidem, ⟨ut⟩ non religiosam pietatem id clementissimorum impera-
2 torum lateret. denique gratia dei iuuante etiam ipsi clementissimi imperatores congregauerunt ex diuersis prouinciis et ciuitatibus ipsam synodum sanctam in Serdicensium ciuitatem ⟨et⟩ fieri permiserunt, ut omnis quidem dissensio amputaretur, iniqua autem doctrina penitus expulsa pietas sola, quae est in Christo hominibus, custodiretur. uenerunt enim ab Oriente episcopi

1 namque *add. Cm2γ* enim *add. Eng; cf. infra W et textum graecum* ordoxos *A* 3 ut *add. Cm2γ* id] *Fed* in *A, om. γ* 4 latere *A Cm1* gratia dei iuuante (adiuuante *γ*) *Cm2γ* gratiam adiubentes *A* 6 sanctam] *add.* et *Cm2γ* ciuitate *Cm2γ* et *add. Eng* 7 iniqua *Cm2* inquā *A* 9 hominibus *A Fab* ab omnibus *Cm2 Cou*

qui temptauerunt. in tantum enim insurrexerunt aduersus fidem, ut etiam
2 bonitatem piissimorum imperatorum non lateat. igitur gratia dei subueniente ipsi piissimi imperatores congregauerunt nos ex diuersis prouinciis et ciuitatibus et sanctam hanc synodum aput Sardicam fieri permiserunt, ut omnis discordia pertollatur, tota uero mala fide expulsa in Christo religio sola aput omnes seruetur.

12 ex *Bal* exaud *W* 14 pertollator *W* religioso sola *W*

βάλλοντες διδασκαλίαν τοὺς ὀρθοδόξους ἐλαύνειν ἐπειράθησαν. τοσοῦτον δὲ λοιπὸν κατεπανέστησαν κατὰ τῆς πίστεως, ὡς μηδὲ τὴν εὐσέβειαν τῶν εὐλαβε-
2 *στάτων βασιλέων λαθεῖν. τοιγαροῦν τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ συνεργούσης καὶ αὐτοὶ οἱ εὐσεβέστατοι βασιλεῖς συνήγαγον ἡμᾶς ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων καὶ τὴν ἁγίαν ταύτην σύνοδον ἐν τῇ Σερδῶν πόλει γενέσθαι δεδώκασιν, ἵνα πᾶσα μὲν διχόνοια περιαιρεθῇ, πάσης δὲ κακοπιστίας ἐξελαθείσης ἡ εἰς Χριστὸν εὐσέβεια μόνη παρὰ πάντων φυλάττηται. ἦλθον γὰρ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς*

Δακίας, Μακεδονίας, Θεσσαλίας, Ἀχαΐας, Ἠπείρων, Θρᾴκης, Ῥοδόπης, Ἀσίας, Καρίας, Βιθυνίας, Ἑλλησπόντου, Φρυγίας, Πισιδίας, Καππαδοκίας, Πόντου, Κιλικίας, Φρυγίας ἄλλης, Παμφυλίας, Λυδίας, νήσων Κυκλάδων, Αἰγύπτου, Θηβαΐδος, Λιβύης, Γαλατίας, Παλαιστίνης, Ἀραβίας Theod *πανταχοῦ Theod* 15 *καθολικῆς*] *add. καὶ ἀποστολικῆς Theod* 17 *ἀρειομανῖται p οἱ Ἀρ. ἐτόλμησαν Theod (A), Cass* 18 *νόθην s*

16 *μὴ δέ p* *εὐσέβειαν*] *ἀκοὴν Theod* auditus *Cass* *εὐλαβεστάτων*] *εὐσεβεστάτων p θεοφιλεστάτων Theod* 18 *εὐσεβέστατοι*] *θεοφιλέστατοι Theod (A)* 19 *Σαρδῶν Mau* *ἐπὶ τὴν Σαρδέων* (*σαρδικησίων B* Sardicensium *Cass*) *πόλιν Theod* 20 *ἐξελασθείσησ* (*σ prius est postea eras.*) *p* *εἰς*] *add. τὸν Theod* 21 *παρὰ πᾶσι Theod* apud omnes *Cass* *καὶ οἱ om. Theod Cass*

cohortatione excitati piissimorum imperatorum maxime propter f. 96r id, quod frequenter | in murmuratione fuit, id est ⟨de⟩ dilectissimis fratribus nostris et coepiscopis Athanasio, episcopo Alexandriae, et Marcello, episcopo Ancyro-Galatiae. arbitramur autem etiam ad uos ipsos peruenisse eorum calumnias et aures uestras temtasse eos commouere non dubitamus, ut aduersum innocentes quidem, quae dicunt, credatis, sceleratae autem heresis suae suspicionem tegant. sed non diutius haec illis facere permissum est; est enim gubernator ecclesiarum dominus, qui pro ecclesiis et pro omnibus nobis mortem sustinuit et

2 de *add. Cm2* 4 acyrogalatiae (*Ἀγκυρογαλατίας*) *A* Ancyrae Galatiae *Cm2* arbitramus *A* 6 dubitamus *Cm2* dubitauimus *Aγ* dubitabimus *Cm1* 8 heresis *Fed* hereses *A* haereseos *γ*

uenerunt enim et de Oriente episcopi cohortati et ipsi a religiosissimis imperatoribus praecipue ob ea, quae rumigerabantur frequenter ⟨de⟩ dilectissimis fratribus nostris et conministris Athanasio, episcopo Alexandriae, et Marcello, episcopo Ancyrae Galatiae, et Asclepa. forte enim ad uos peruenerunt de his accusationes, forte et uestras aures temptauerunt mouere, ut ea, quae aduersus innocentes dicunt maledici, credantur ac suae molestissimae heresis suspectionem abscondant. sed non diu haec perpetrare permissi sunt; est enim, qui praestat patrocinium ecclesiis dominus, qui pro his et nobis omnibus mortem sustinuit

12 de *add. Bal* 14 Asclepa *Bal* apa *W* peruenere *Bal* 16 credantur *Bal* creantur *W* ac *Fed* hęc *W* et *Bal* molestissimae] scelestissimae *coni. Bal* suspicionem *Bal*

Ἑῴας ἐπίσκοποι προτραπέντες καὶ αὐτοὶ παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων, μάλιστα δι' ἅπερ ἐθρύλουν πολλάκις περὶ τῶν ἀγαπητῶν ἀδελφῶν ἡμῶν καὶ συλλειτουργῶν Ἀθανασίου, ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Μαρκέλλου, ἐπισκόπου τῆς Ἀγκυρογαλατίας. ἴσως γὰρ καὶ εἰς ὑμᾶς ἔφθασαν αὐτῶν αἱ διαβολαὶ καὶ ἴσως καὶ τὰς ὑμετέρας ἀκοὰς ἐπεχείρησαν παρασαλεῦσαι, ἵνα κατὰ μὲν τῶν ἀθώων, ἃ λέγουσι, πιστεύσητε, τὴν δὲ τῆς μοχθηρᾶς αὐτῶν αἱρέσεως ὑπόνοιαν ἐπικρύψωσιν. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολὺ ταῦτα ποιεῖν συνεχωρήθησαν. ἔστι γὰρ ὁ προϊστάμενος τῶν ἐκκλησιῶν κύριος, ὁ ὑπὲρ

19 *ἑώας ps* 20 *ὅπερ Theod* *ἐθρύλλουν Mau* 21 *Ἀθανασίου*] *add. τοῦ Theod* *Μαρκέλλου*] *add. τοῦ Theod* 22 *Ἀγκυρογαλατίας*] *add. καὶ Ἀσκληπᾶ τοῦ Γάζης Theod* *ὑμᾶς*] *add. αὐτοὺς Theod Cass* 23 *αὐτῶν om. Theod Cass* *διαβολ. . s* *pr. καὶ om. p* *καὶ ἴσως*] *ὡς Theod* *ἡμετέρας Theod Cass* 24 *πιστεύσηται p πιστεύηται Theod* 25 *οὐκ (οὐ in ras.) p*

propter eas ecclesias ascensum in caelos omnibus nobis tribuit.

2. Olim quidem scribentibus Eusebio, Mari, Theodoro, Diognito, Ursatio et Ualente Iulio consacerdoti nostro, Romanae ecclesiae episcopo, aduersum praedictos coepiscopos nostros — dicimus autem Athanasium et Marcellum — scripserunt et ex aliis locis ⟨episcopi⟩, ut ⟨testificarentur innocentiam Athanasii co⟩episcopi nostri; quae autem ab Eusebio facta sunt, nihil aliud quam falsitatis

1 nobis] bonis *Cm1* 2 euseuio *A* Mari *Fed* mario *Aγ* theodoro (*pr.* o *ex* u, *tert.* o *in ras.*) *A* Diognitus = *Theognitus* (*infra p. 111, 6*), *Theogenes* (*W*), *Θεογόνιος* (*Athan. et Theod.*), *Θεόγνις* (*Socr. h. e. I 8*); *fuit episcopus Nicaeae Bithyniae* Theognio *Cm2* 5 scripserunt et *Eng* et scr. *Cou* ut scr. *A* 6 ⟨episcopi, contestantes (*uel* ut ⟨contestarentur⟩ *Cou*, ut ⟨testificarentur⟩ *Fed*) innocentiam Athanasii co⟩episcopi *Cou* ut episcopi *AC*

et propter eas ascensum ad caelos nobis omnibus dedit.

2. Olim itaque scribentibus Eusebio, Mari, Theodoro, Theogene, Ursacio, Ualente, Minophanto et Stephano Iulio consacerdoti, Romanae ecclesiae episcopo, aduersus praedictos conministros nostros, hoc est Athanasium episcopum Alexandriae et Marcellum episcopum Ancyrae Galatiae nec non etiam Asclepam episcopum Gazae, scripserunt et de aliis partibus episcopi adhibentes quidem testimonium sinceritati conministri nostri Athanasii, facta autem Eusebii et

8 propter eas *Bal* propterea *W*; *cf. Theod* 9 olim *Bal* ol *W* Mari—Theogene (*cf. p. 111, 15*)] maritheo dorotheo *W* 10 minophanto *ex Μηνοφάντῳ* comsacerdoti *W* romana *W* 11 ho *Wm1* 13 adibentes *W*

τούτων καὶ πάντων ἡμῶν θάνατον ὑπομείνας καὶ δι' ἑαυτοῦ τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον πᾶσιν ἡμῖν δεδωκώς.

2. *Πάλαι μὲν οὖν γραψάντων τῶν περὶ Εὐσέβιον Ἰουλίῳ τῷ συλλειτουργῷ ἡμῶν, τῷ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ, κατὰ τῶν προειρημένων συλλειτουργῶν ἡμῶν — λέγομεν δὴ Ἀθανασίου καὶ Μαρκέλλου καὶ Ἀσκληπᾶ — ἔγραψαν καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἄλλων μερῶν ἐπίσκοποι, μαρτυροῦντες μὲν τῇ καθαρότητι τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἀθανασίου, τὰ δὲ παρὰ τῶν περὶ Εὐσέβιον*

15 *πάντων*] *praem. ὑπὲρ Theod* *δι' αὐτὰς Theod* propter eas *Cass* *δι' αὐτῶν coni. Jülicher apud Parmentier* *οὐρανοὺς Theod Cass* 17 *ἔγραψαν οἱ περὶ Εὐσέβιον καὶ Μάριν καὶ Θεόδωρον καὶ Θεογόνιον καὶ Οὐρσάκιον καὶ Οὐάλεντα καὶ Μηνόφαντον καὶ Στέφανον Ἰουλίῳ etc. Theod* 18 *τῷ om. Theod* 19 *Ἀθανασίου*] *add. τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας Theod* *Μαρκέλλου*] *add. τοῦ ἐπισκόπου Ἀγκυρογαλατίας Theod* *Ἀσκληπᾶ*] *add. τοῦ Γάζης Theod* 20 *ἔγραψαν*] *add. δὲ Theod* *τῇ*] *praem. ἐπὶ Theod*

et mendacii fuisse plena. nam etsi ex eo, quod uocati sunt a Iulio 2
episcopo, carissimo fratre nostro, noluerunt, claruit noluisse eos
uenire ex ipsis litteris, quibus eorum mendacia detecta sunt;
uenissent enim, si habuissent fiduciam eorum, quae gesserunt
aduersus coepiscopos nostros, licet etiam ex his, quae fecerunt
in isto sancto et magno concilio, manifestiora falsitatis suae commenta prodiderunt. uenerunt enim et ad Sardicensium ciuitatem 3
et uidentes Athanasium et Marcellum, Asclepium et alios
timuerunt uenire ad iudicium. et non semel neque iterum, sed

1 et mendacii *γ* et mendaciis *C* emendatiis *A* plena] plenā *A*, *add.* affirmantes *Cm2* etsi *γ* si *A* ex *del. Eng* quod *Cm2* quo *ACm1γ* 2 noluerunt, claruit *Eng* noluerunt ⟨uenire⟩, claruit *Fed* claruit noluerunt *A* claruit *Cγ* 3 uenisse *Cγ* littereris *A* 5 licet] tamen *Cou* his] ipsis *γ* 8 Asclepam *Cγ*

eius sociorum nihil aliud nisi mendaciis et calumniis plena. et licet ex eo, quod 2
uocati sunt a dilecto nostro et [ad] consacerdote Iulio, noluerunt occurrere et ex
his, quae scripta sunt ab eodem Iulio, manifestata sit ipsorum calumnia — uenissent enim, si confidissent operibus suis et factis aduersus fratres nostros et conministros —, tamen ex his, quae fecerunt in hac sancta et magna synodo, manifestiorem suam factionem demonstrauerunt. occurrentes etenim aput Sardicam 3
ac uidentes fratres nostros Athanasium, Marcellum et Asclepium timuerunt ad
iudicium uenire et non solum semel et bis, sed saepius uocati non responderunt

10 mendaciis *Bal* mendacium *W* plenam *W* 11 delicto *W* ad *del. Bal* noluerint *Bal* 12 his *Bal* is *W* manifestata *Bal* manifestat *W*, *fort.* manifesta 14 manifestiore *W* 17 solum *om. Bal*

γενόμενα μηδὲν ἕτερον ἢ ψεύδη καὶ συκοφαντίας εἶναι μεστά. καὶ εἰ καὶ τὰ μά- 2
*λιστα ἐκ τοῦ κληθέντας αὐτοὺς παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ
Ἰουλίου μὴ ἀπαντῆσαι καὶ ἐκ τῶν γραφέντων παρὰ τοῦ αὐτοῦ Ἰουλίου
φανερὰ τούτων ἡ συκοφαντία πέφηνεν — ἦλθον γὰρ ἄν, εἴπερ ἐθάρρουν οἷς
ἔπραξαν καὶ πεποιήκασι κατὰ τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν —, ὅμως καὶ ἐξ
ὧν πεποιήκασιν ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, φανερωτέραν τὴν
ἑαυτῶν συσκευὴν ἀπέδειξαν. ἀπαντήσαντες γὰρ εἰς τὴν Σερδῶν πόλιν, ἰδόντες* 3
*τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν Ἀθανάσιον καὶ Μάρκελλον καὶ Ἀσκληπᾶν καὶ τοὺς
ἄλλους, ἐφοβήθησαν εἰς κρίσιν ἐλθεῖν. καὶ οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δεύτερον, ἀλλὰ*

18 *μηδὲν*] *οὐδὲν Theod* *μεστά* (*σ in ras.*) *p* *alt. καὶ om. Theod* 19 *ἡμῶν om. Theod Cass* 20 *μὴ — Ἰουλίου om. s* *αὐτοῦ*] *add. ἐπισκόπου Theod* 23 *ἁγία καὶ μεγάλη* (*ια καὶ μ in ras.*) *p* 24 *σερδῶν p Σαρδέων* (*σαρδικησίων B*) *Theod* Sardicensium *Cass*

frequenter uocati contempserunt inuitationem synodi omnium nostrorum, qui conuenimus episcopi, et maxime uenerabilis senectae Ossium, qui et propter aetatem et confessionem et tanti temporis probatam fidem, qui tantum laborem id aetatis pro ecclesiae utilitate sustinuit, ut omni reuerentia dignissimus habeatur. expectantibus omnibus et cohortantibus eos uenire ad iudicium, ut omnia, quae de consacerdotibus nostris uel dixerunt uel scripserunt, praesentes possent conuincere, uocati non uenerunt, sicut praediximus, ostendentes etiam ex his falsitatem suam et non solum commentatitiam | fraudem aut exquisitam uersutiam, quam fecerunt prodentes per f.97

2 nostrum *susp. Cou* *A in mg.:* ossius eps prefuit synhodo serdicensi 4 qui] *A Fab Hardouin, del. Eng* qua *coni. Cou, sed uidetur potius constructio mutari uel lege:* qua—sustinuit, ⟨meretur⟩, ut 5 utilitati *A* ut *deleri uult Cou* 7 nostris] *suppl.* absentibus *Cou; cf. infra W et textum graecum* 10 et *om.γ* 11 prodentes *Cp.c.* prudentes *A*

uocationibus, uidelicet episcopis conuentis et praecipue bonae senectutis Osio, qui propter tempus et confessionem et tantum laborem [ex] omni reuerentia dignus uidetur, et expectantibus et adhortantibus eos ingredi, quo ea, quae de absentibus conministris rumigerarunt et scripserunt, haec praesentes conuincant. sed uocati non uenerunt, sicut diximus, sed monstrantes ex hoc calumniam suam et non solum insidias et factiones fecerunt clamantes per excusati-

12 conuentis *Fed* conuentibus *W Bal* conuenientibus *Eng* congregatis *Cass* 13 tantum *Bal* tanum *W* ex *del. Bal* omni *Bal* omnem *W* 14 adortantibus *rep. W* quo] q *Wml* ęaque *W* 15 rumigerarunt *Fed* rumigerunt *W*

καὶ πολλάκις κληθέντες οὐκ ἐπήκουσαν ταῖς κλήσεσι καίτοι πάντων ἡμῶν συνελθόντων ἐπισκόπων καὶ μάλιστα τοῦ εὐγηροτάτου Ὁσίου τοῦ καὶ διὰ τὸν χρόνον καὶ τὴν ὁμολογίαν καὶ διὰ τὸ τοσοῦτον κάματον ὑπομεμενηκέναι πάσης αἰδοῦς ἀξίου τυγχάνοντος, ἀναμενόντων καὶ προτρεπομένων αὐτοὺς εἰσελθεῖν εἰς τὴν κρίσιν, ἵν᾽ ἅπερ ἀπόντων τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν ἐθρύλησαν καὶ ἔγραψαν κατ᾽ αὐτῶν, ταῦτα παρόντες ἐλέγξαι δυνηθῶσιν. ἀλλ᾽ οὐκ ἦλθον κληθέντες, καθάπερ προείπομεν, δεικνύντες καὶ ἐκ τούτων τὴν συκοφαντίαν ἑαυτῶν καὶ μονονουχὶ τὴν ἐπιβουλὴν καὶ συσκευήν, ἣν πεποιήκασι βοῶντες διὰ τῆς παραι-

18 *οὐχ ὑπήκουσαν Theod* *ἡμῶν*] *τῶν Theod* 19 *pr. καὶ om. Theod* 20 *τὴν*] *praem. διὰ Theod* *πάσης τιμῆς τε καὶ αἰδοῦς τυγχάνοντος ἀξίου Theod* omni honore dignus apparuit *Cass* 22 *ἵνα Theod* *ἡμῶν om. Theod* *ἐθρύλλησαν Mau* 23 *παρόντων Theod* (*rzT παρόντεσ BA*)*; cf.* ut—praesentes ostenderent *Cass* 24 *καθὼς Theod* *αὐτῶν Theod* 25 *συσκευήν*] *praem. τὴν Theod*

excusationem. qui enim habent fiduciam probare ea, quae
absentes dicunt, haec praesentes parati sunt conuincere. sed quia 4
uenire non ausi sunt, arbitramur de cetero neminem ignorare,
etiamsi illi iterum malitiam suam exercere uoluerint nihil sufficientes probare aduersus consacerdotes nostros, quos incusant quidem absentes, praesentes autem fugiunt.

3. Fugierunt enim, dilectissimi fratres, non solum propter hos, quos falso adpetiuerunt, uerum etiam hos, qui etiam ex diuersis locis conuenerunt, ut eosdem multis criminibus arguerent. ferrum enim et uincula proferebant de exilio reuertentes uiri; et rursum

4 (24). Nam tertius mihi locus praestat, ut fidem, quam epistulae primordio condiderunt, fraudulentam, hereticam et uerbis blandientibus ueneno interiore suffusam esse demonstrem. | profi- 2 temur enim ita: unum quidem ingenitum esse deum patrem et unum unicum eius filium, deum ex deo, lumen ex lumine, primogenitum omnis creaturae, et tertium addentes spiritum sanctum paracletum, ut, cum securitas legentium uel indoctorum simplicitas

19 sq. cf. Phoebad. c. Arrianos 8

1 damnatione *A* 5 depraehendit *ACm1* 6 arguit *Cm2γ* arguit̄ *A* tantum *om. C* 11 propter *Cm2γ* praeter *A* 13 ingressu sese *Cγ* ingressus esse *A* 15 inita *Cou* in ista *A* fide *A* ⟨rectam⟩ fidem *coni. Cou* et *add. Cm2Cou* 16 prauitate *A* 17 culpā *A* synodi *sc. Sardicensis* 18 adsensu *A* in abnegata uero *sc. caret culpa* 19 ulla *γ* nulla *A* 23 prestat *A* restat *Eng* *A in mg.:* fides arrianorum

tam mollibus fuerit intercepta principiis uno eodemque subscriptionis elicitae adsensu in Fotini animaduersionem, in Athanasii
3 reatum, in damnationem fidei catholicae transeatur. et spero, quod non exiguam partem cognitionis istius synodus Serdicensis adtulerit, ubi insectatione Arrianorum omnia in Athanasium crimina conficta esse monstrantur et uis adhibita plebi dei, ut in pestiferam letalis doctrinae coniuentiam transirent. rem tamen omnem, quia causa postulat, breuiter dicam.

5 (25). Cura et negotium apostolicis uiris [constanti] semper fuit constanti et publica perfectae fidei praedicatione conatus omnes oblatrantis heresis comprimere et exposita euangeliorum ueritate peruersitatem doctrinae errantis extinguere, ⟨ne⟩ audientium mentes quadam labe contaminans contagione uitii adhaerentis inficeret.
2 itaque diligenter epistulis uariis, quae de deo patre opinio, quae de dei filio cognitio, quae in spiritu sancto sanctificatio oporteret esse, frequenter copioseque conplexi sunt, ut cognitus fieret de deo patre filius deus et in deo filio deus pater et in deo patre filius deus. ac sic secundum ipsius definitionem dicentis: e g o e t p a t e r u n u m s u m u s et rursum: s i c u t p a t e r, t u i n m e e t e g o i n t e continetur fides nostra in patris et filii nominibus per-
3 sonisque deus unus. neque enim uel inuidia Iudeorum uel odium gentilium uel furor hereticorum aliis potius aduersus nos causis est excitatus, quam quod aeternitatem, uirtutem, nomen filii confitemur in patre. hereticorum autem peruersitas de fide impia semper

5—8 cf. Hilar. infra p. 186, 1 sq. 12 sq. cf. Gregor. Eliberit. de fide 3 18 Ioh. 10, 30 19 Ioh. 17, 21 20 sq. cf. Gregor. Eliberit. de fide 7

2 animaduersione *A* 4 exsiguam *A* istius *sc. negotii Athanasii* synodus *Cou* synodi *A* adtullerit *A* 5 crimimina *A* 6 pertiferam *A* 7 conniuentiam *Cm2Cou* conibentiam *A* cohibentiam *Cm1* 9 constanti *del. Cm2γ* 10 perfectae *γ* perfecta *A* omnes *γ* omnis *A* 12 ne *add. Cm2γ* 13 quadam *Cγ* quandam *A* contagione *Marx* (*Tübing. Theol. Quartalschr. LXXXVIII* [*1906*] *391*) contagio *C a. c.* contagium *A, C p. c., γ* adhaerentis *γ* adhaerente *Cm2* adherentes *A* inficeret *Cou Marx* infligerent *A* infligeret *Cm2γ; cf. Gregorium Eliber. de fide 3:* audientium sensus quadam labe contaminans c o n t a g i o n e uitii adhaerentis i n f i c i t *et Hilar. in ps. 1, 10 p. 26:* quia contagione—inficiat 15 oportere *A* 16 sunt] *suppl.* adeo *Cou* de deo patre fieret *Cγ* 17 filio] *suppl.* esset *Cou* 23 ęternitat̄ *A* aeternitatis *γ* uirtute *Fab* 24 fidei *A*

exorta est. nam dum occupati uitiis et ab innocentiae operibus auersi inutilium se quaestionum difficultatibus inplicant, inprobabiles effecti uita, uoluntate, iudicio, placere expetunt nouitate doctrinae, postquam ueritatis scientiam perdiderunt.

6 (26). Cum igitur patribus nostris cognitum fuisset et Arrios duos profanissimae fidei praedicatores extitisse seque longius non f. 104v iam opinio, sed iudicium la|bis istius tetendisset, ex omnibus orbis partibus in unum aduolant Nicheamque concurrunt, ut exposita fide populis et in luce intellegentiae cognitionis diuinae itinere directo intra ipsos auctores suos emergentis mali seminaria necarentur. tradebant autem Arrii talia: 'patrem deum instituendi orbis causa 2 genuisse filium et pro potestate sui ex nihilo in substantiam nouam atque alteram deum nouum alterumque fecisse', profani in patrem ex nihilo opinantes aliquid ei simile potuisse generari, blasphemi in Christum infinitatis eum paternae generositate expoliantes, ut, cum didicissent ex persona patris: non est deus alius praeter me et a filio: ego in patre et pater in me, et: ego et pater unum sumus, sanctae in utroque unitatis uinculum abrumperent non extantis creationis substantiae dantes dei filio domino nostro Iesu Christo initium de tempore, ortum de nihilo, nomen ex altero.

7 (27). Itaque conprimendi mali istius causa trecenti uel eo amplius episcopi apud Nicheam congregantur. in omnes Arrianos adsensu omnium damnatio heretica decernitur et euolutis euan-

5—13 cf. Sulpic. Seu. chron. II 35 7 sq. cf. Phoebad. c. Arrianos 6 11 sq. cf. ib. 22 16 Esai. 45, 18 17 Ioh. 14, 11 18 Ioh. 10, 30 18 sq. cf. Phoebad. c. Arrianos 18 19—21 cf. Gregor. Eliber. de fide 1 22 sqq. cf. Phoebad. c. Arrianos 6

2 auersi *Cm2* auersis *A* aduersis *Cm1* 3 uitam *ACm1* uoluntatem *ACm1* 5 *de duobus Arriis u. Studien I 95* 6 se quae *A* *A in mg.:* perfidia et confessium hereticorum 7 labes *A* istius *Cγ* stius *A* 10 necarentur *Cm2γ* negarentur *A* 11 arri *A* 12 in] *Cou* ex *A* nouuam *A* ex substantia noua atque altera *CFab* 14 blasphemii *A* 15 Christum *Cou* xp̄o *AC* 19 abrumperent *Fed* abrumperunt *A* abruperunt *CFab* abruperint *Cou* non extanti creationis (s *postea del.*) substantiae *C* non extantis creationis substantiam *uel* de non exstanti creationis substantia *Cou* non exstantis creatione substantiae *Wilmart* (*Rev. Bénéd. XXIV* [*1907*] *304*) 21 hortum *A* nomen *Marx l. c. Wilmart l. c.* (*cf. Gregor. Eliber. de fide 1:* nomen ex altero) non *A* aut *susp. Cou* 24 adsensum *A*

gelicis atque apostolicis doctrinis perfectum unitatis catholicae lumen effertur. quid igitur fuerit expressum, fides ipsa, ut est exposita, commendat.

Symbolum Nicaenum (325).

10.

INCIPIT FIDES APUD NICHEAM CONSCRIPTA A CCCXVIII EPISCOPIS CONTRA OMNES HERESES.

Credimus in unum deum, patrem omnipotentem, uisibilium
2 et inuisibilium factorem. et in unum dominum Iesum Christum
filium dei, natum de patre, hoc est de substantia patris, deum de
deo, lumen de lumine, deum uerum de deo uero, natum, non factum,
unius substantiae cum patre, quod Graeci dicunt 'omousion', per
quem omnia facta sunt, siue quae in caelo siue quae in terra, qui
propter nos homines et propter nostram salutem descendit, incarnatus est, homo factus est, passus est et resurrexit tertia die,
3 ascendit in caelos, uenturus iudicare uiuos et mortuos. et in spiritum sanctum. eos autem, qui dicunt: 'erat, quando non erat'
| et 'priusquam nasceretur, non erat' et quia 'ex nullis extantibus f. 107
factus est', quod Graeci 'ex uc onton' dicunt, uel alia substantia dicentes 'mutabilem et conuertibilem filium dei', hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia.

4 *Textus noster symboli praecipue conferendus est cum textibus, qui inueniuntur apud Hilar. de syn. 84, Gregor. Eliber. de fide orthodoxa (XX 31 M), Lucif. Calarit. de non parcendo 18. u. praeterea Studien I 95 sq.* 5 CONSCRIPTAM *A* 6 OMS|NES *A* 7 unum *om. Greg* uisibilium] *praem.* omnium *γ Hil Greg* 8 in *om. Greg* dominum] *add.* nostrum *Hil Greg* 9 dei] *add.* unigenitum *Cm2γ* *pr.* de] ex *Hil* patre] *add.* unicum *Greg* unigenitum *Hil* 10 *tert.* de] ex *Hil* *pr.* de] ex *Hil* *alt.* de] ex *Hil* 11 greci *A* graece *Hil* dicunt] dunt *A* 12 *pr.* siue *om. Hil* *alt.* siue quae] et *Hil* terra] *add.* sunt *Luc* 13 propter—et *om. Hil* homines] omnes *A* incarnatus] *praem.* et *Greg* 14 homo] *praem.* et *Greg Hil* passus] *praem.* et *Hil* et *om. Greg Luc* 15 ascendit] *praem.* et *Hil* *pr.* in] ad *Greg* caelum *Luc* inde uenturus est *Greg* *alt.* et] *praem.* credimus *Luc* *alt.* in *om. Greg* 17 antequam *Hil* quia—dicentes *om. Greg* quia ex nullis] quod de non *Hil* 18 quod—dicunt *om. Luc Hil* greci *A* ex uc onton *Fed* exucuton *AS*[1] *ἐξ οὐκ ὄντων Cm2Cou* alia] *praem.* ex *Hil Luc* substantia] *add.* siue essentia *Cou* aut essentia *Hil* 19 conuertibilem et demutabilem *Hil* et] uel *Greg* filium] *praem.* esse *Greg* filium dei] deum *Hil* 20 et apostolica *om. Hil* *add.* amen *Greg*

11.

Textus narrativus.

1 (28). Fides fidei conparata falsitatem intentionis exponit. nam quae apud Nicheam ordinata est, plena atque perfecta est et omnibus undique, quibus inrepere heretici solent, aditibus obseratis inuiolabili inter patrem et filium aeternae unitatis soliditate connectitur; haec uero simplicitate blanditur primum adserens nos ita credere, quod absit a quoquam. ceterum Occidentalium fides euan- 2
gelicis instituta doctrinis patrem in filio, filium confitetur in patre, patrem ingenitum, filium substantia aeternitatis aeternum, id est ut patrem semper, ita et filium semper in patre et natum de deo deum esse, non conceptum, scilicet in eo semper, de quo est.

2 (29). At uero haec perfidia, non fides, 'deum ex deo' dicens et 'primogenitum' commendans et trinitatis nomen instituens uirus suum sub modestia religiosae moderationis obscurat dicens 'deum ex deo', 'lumen ex lumine', ut per occasionem confessionis istius ex deo ac lumine deus ac lumen factus a deo, non genitus de deo, id est non de substantia paternae aeternitatis, extiterit ac sic contumelia patris uilescat et filius, si deus ortus ex nihilo est, in 'primogeniti' uero confessione ordinem quendam ab eius ortu creandis mundi rebus assignent, ut, quia mundus ex tempore est, tamen, licet mundo prior sit, Christus ex tempore sit et non aeternitas in eo ⟨ante⟩ tempora, sed ordo in tempore sit creatis ac per hoc aliquid, quod ante eum sit, relinquatur, qui esse coepit ex tempore,

3 sq. cf. Gregor. Eliber. de fide 1 7—11 cf. ib. 4 12 cf. Phoebad. c. Arrianos 3 13 sq. cf. ib. 1 13—18 cf. Gregor. Eliber. de fide 3 19 sq. cf. ib. 2

1 *Uerba symboli et textus narratiui in A continua leguntur* 2 intentionis *coni. Cou* mentionis *AS*[3]*T* inuentionis *Fab* 4 obseratis *Cγ* obserantis *A* 8 patre] patrem *A* 10 patre] patrem *A* 11 non conceptum. scilicet *A* non conceptum scilicet *γ* scilicet] *add.* et *Cγ* est] *add.* esse *γ* 12 ad *A* *A in mg.:* perfidia hereticorum patefacit 14 moderationis] uenerationis *Phoebad. c. Arrian. 1* (uirus sub modestia religiosae uenerationis occultum) obscurat *Fed* obsculat *A, C a. c.* occultat *C p. c., γ* 15 occassione *A* 16 deus] dm̄ *A* genitus *Cγ* gignitus *A* 18 hortus *A* 19 creandis *Marx* (*Tübing. Theol. Quartalschr. LXXXVIII* [*1906*] *391*) creantis *A* creatis *susp. Cou; cf. Gregor. Eliber. de fide 2 1* nec non et primogenitus totius creaturae, quasi in ordine factorum primogenitus habeatur, ut ex eo seriem quandam creandis mundi rebus assignent 22 in eo ⟨ante⟩ tempora *Fed* in eo tempore *A Fab* in eo *Eng* ante tempora *susp. Cou* creatis *coni. Cou* creati *A*

⟨et⟩ dissoluatur in Christo omne, quod deus est, cum in eo non extantis aliquando Mariae ortus a tempore sit.

3 (30). Quin etiam homines spe omni bona uacui ad occasionem tanti periculi auctoritatem apostolicam pertendunt, quia de eo dictum sit 'primogenitus omnis creaturae', sed subtrahentes antecedentem consequentemque sententiam aptam doctrinis suis sub apostoli nomine perstruunt facultatem. nam talis est ordo dictorum: *qui est imago dei inuisibilis, primoge|nitus* f.105v *omnis creaturae, quia in ipso constituta sunt omnia in caelis et in terra, uisibilia et inuisibilia siue troni siue dominationes siue principatus siue potestates; omnia per ipsum et in ipso condita sunt et ipse est ante*
2 *omnes.* 'imago' ergo 'dei inuisibilis' ex nihilo, credo, est et coepit a tempore! aut quia 'primogenitus omnis creaturae' est ordo quidam in eo conexae ⟨et⟩ congenitae creationis exprimitur! sed non sequitur 'primogenitum omnis creaturae': 'quia in ipso constituta sunt omnia in caelis et in terra', id est in ipso uniuersorum elementorum uisibilium et inuisibilium condita et constituta materia est et idcirco 'omnia per ipsum et in ipso'? idcirco 'primogenitus omnis creaturae', quia in eodem iam a principio omnium, quae effecturus erat, omnia generationum initia constiterunt. atque ita non in ordine creaturarum, quae in ordine constitutae sunt, primus in numero est, sed ipse 'imago dei inuisibilis', manens per uirtutem efficiendi semper in ipso, se primogenitum habuerit eorum, quae per ipsum in caelo et in terra uisibilia et inuisibilia crearentur extantia.

1 sq. cf. Phoebad. c. Arrianos 9 8 Col. 1, 15 sq. 21 sq. cf. Phoebad. c. Arrianos 21

1 et *add. Cou* 3 hominis *A* 4 praetendunt *Cm2 Fab* 6 aptam *coni. Cou* aptant *A* 7 facultatem] falsitatem *Cm2γ* 14 credo (*ironice dictum*)] *A* ordo *Cγ* 16 et *add. Fed* in eo genitae *uel* congenitae *Cou* incogta *A* incognita *T*, (-ae *m2*) *C* creati nis *A a. c. m2* 17 creaturae: quia *Eng* creaturae? quia *Cou* 20 ipso] ipsū *A* ipso? idcirco *Fed* ipso: idcirco *Cou* 22 quae *Cou* qui *ACFab* constiterunt *C p. c.*, *Cou* constituer̄ *A* constituerunt *T*, *C a. c.* constituerat *Fab* constiterunt. atque *γ* constituer̄ atque *A* 23 non ita *γ* 24 constituta *A* sed *sc. quia* 25 se *γ* sed *A* 26 ipsum *Cγ* ipso *A*

4 (31). Quin etiam haud dissimilis in trinitatis nuncupatione falsitatis eorum contextus est. ubi enim diuersis substantiis filium a patre impio et maledico ore disciderint et in separatis duobus adsistat auctoritas, tertia dinumeratur in spiritu, ut, cum sint pater in filio et filius in patre et spiritus sanctus accipiat ex utroque, in eo, quod spiritus exprimitur sanctae huius ⟨trinitatis⟩ inuiolabilis unitas, heretica parte parturiat trinitas pronuntiata discidium.

5 (32). Sed diligens Nicheni tractatus perfectusque sermo artissimo ueritatis praescripto omnia hereticorum ingenia conclusit ita ponens: credimus in unum deum patrem et in unum filium eius Iesum Christum. 'unum' ambo et uterque 'unum': et in personali nomine patris et in filii 'unum', quia unus est de utroque. 'deum uerum de deo uero' docet et uirtutem et nuncupationem pari in utroque ueritate communem neque aliud in alio opinandum, cum deus de deo et uerus de uero sit uterque unum. cum uero sit in utroque ⟨unum⟩, 2 'natum uero, non factum' ad proprietatem ortus et originis refert, quia fieri ex nullo subiaceat, nasci autem de patre proprium neque alia nascentibus quam originis suae forma uel uirtus est. 106r quod autem fit, ex ope|re existit, ut fiat. atque ita non factura in eo coepit ex nihilo, sed est natiuitas ⟨a⟩ parente. 'unius' autem 3 'cum patre substantiae', quod Graeci dicunt 'omousion', ita est: aeternitas sola sui similis est et, quod est semper, in deo est. ne qua igitur labes in dominum Iesum Christum hereticae prauitatis incideret, idcirco in eo essentiae ueritas explicatur. essentia enim ex eo, quod semper est, nuncupatur. quae quia

15 sq. cf. Gregor. Eliber. de fide 7 · 26—154, 3 cf. Phoebad. c. Arrian. 7

1 aut *ACm1* 2 con contextus *A* diuersis] *praem.* a *Cγ* 3 disciderint *Cou* (*cf. infra l.* 7 discidium) discederent *ATCm1* discinderint *Cm2* distenderent *Fab* *alt.* et] ut *Cou* 4 ut *Cou* et *AS*[1] cum *om. CFab* sit *Cγ* 5 utraque *A* 6 trinitatis *add. Cou* 7 pronuntiata *coni. Cou* pronuntiat *ACγ* dissidium *Cou* 9 pscripto *A* inclusit *Fab* 12 filii *Eng* filiū *ACγ* 13 est] *add.* deus *Eng* *Cou ita coni.:* et ⟨in patrem unum, quia unus⟩ personali nomine patris. et in filium unum, quia unus est ⟨de uno⟩ (*uel* quia unus est ⟨personali nomine filii⟩) ⟨et in deum unum, quia unus est⟩ de utroque; *ad sensum cf. supra c. 25:* fides nostra haec est: in patris et filii nominibus personisque deus unus 14 pari *Cou* patri *ACFab* 15 cūmune *A* 16 *alt.* unum *suppl. Cou* 21 cepit *A* a] *S*[1] *Cou, om. A* autem] et eiusdem *S*[1] 22 cum patre *Cou* compare *AS*[1]*TCFab* greci *A* *ὁμοούσιον Cou* 26 nuncupatur *Cm2γ* noncupatum *A*

extrinsecus opis ad continendam se numquam eguerit, et 'sub-
stantia' dicitur, quod intra se id, quod semper est, et in ae-
ternitatis suae uirtute subsistat. ac sic, quod ait: ego et
pater unum sumus, et: qui me uidit, uidit et
patrem, et rursum: ego in patre et pater in me,
et illud: ego de patre exiui aequalis in utroque, id est
in deo, qui innascibilis est, et in deo, ⟨qui genitus est,⟩ una atque
4 eadem in utroque substantia aeternitatis expletur. quod autem
'descendit', 'incarnatus est', 'homo factus est' et 'resurrexit tertia
die', 'ascendit in caelos, uenturus iudicare uiuos et mortuos', sacra-
5 menta salutis nostrae in his continentur. sed idcirco 'inmutabilis'
et 'inconuertibilis' filius dei, ut in adsumtione hominis corruptioni
potius gloriam intulerit, quam labem aeternitati. anathema autem
in eos, qui 'ex nihilo factum' dicunt, quod 'ex uc onton' Graeci
dicunt, et qui dicunt: 'erat, quando non erat', et: 'prius-
quam nasceretur, non erat', damnationem in Christo uiolatae
aeternitatis, id est deitatis paternae, sub maledictione designant.

6 (33). Huius igitur intimandae cunctis fidei Athanasius, in
Nichea synodo diaconus, deinceps Alexandriae episcopus, uehemens
auctor extiterat et Arrianam pestem in tota Aegypto ueri tenax
uicerat atque ob id coniuratis in eum testimoniis falsitas est cri-
2 minum conparata. res postea fidelibus iudicum disiudicata senten-
tiis. sed multum ad cognitionem proficiet, si, quae post absoluti-
onem Athanasi ad Constantium imperatorem synodi Sardicensis
oratio fuerit, cognoscatur. EXPLICIT.

3 Ioh. 10, 30 4 Ioh. 14, 9 5 Ioh. 14, 11 6 Ioh. 16, 28 12 sq. cf. Gregor. Eliber. de fide 8

3 uirtutem *ACm1* 4 me] *add.* est *γ* 6 aequalis *γ* aequali *A* 7 qui genitus est *suppl. Cou* adque *A* 10 uenturos *A* 12 in assumptione *C* ad insumtione *A* corruptione *A* 13 intulerit *Cm2* intullerunt *A* 14 ex uc onton *Fed* exucuton *A* *ἐξ οὐκ ὄντων Cou* greci *A* 17 deitate *A* designat *Cou* 19 diaconū *A* 20 arrianum *A* 21 adque *A* 22 iudicum *γ* iuditiū *A* diiudicata *Cou* iudicata *C Fab* 24 Sardicensis synodi *γ* *haec* ad constantium imperatorem synodi Sardicensis oratio *nobis tradita est sub falso titulo* 'S. Hilarii liber I ad Constantium imperatorem'; *repraesentauimus textum in appendice ad Collectanea Antiariana Parisina infra p. 181 sqq.*

III.

Epist. Liberii dubia et textus narratiuus.

1.

INCIPIT EXEMPLUM EPISTULAE LIBERI EPISCOPI URBIS ROMAE AD ORIENTALES EPISCOPOS.

Cou IV

Epist. ipsa (357).

f. 106v |Dilectissimis fratribus et coepiscopis nostris uniuersis per Orientem constitutis Liberius episcopus urbis Romae aeternam salutem.

Studens paci et concordiae ecclesiarum, posteaquam litteras caritatis uestrae de nomine Athanasi et ceterorum factas ad nomen Iulii bonae memoriae episcopi accepi, secutus traditionem maiorum presbyteros urbis Romae Lucium, Paulum et Helianum e latere meo ad Alexandriam ad supradictum Athanasium direxi, ut ad urbem Romam ueniret, ut in praesenti id, quod de ecclesiae disciplina
extitit, in eum statueretur. litteras etiam ad eundem per supradictos 2
presbyteros dedi, quibus continebatur, quod, si non ueniret, sciret se alienum esse ab ecclesiae Romanae communione. reuersi igitur
presbyteri nuntiauerunt eum uenire noluisse. secutus denique 3
litteras caritatis uestrae, quas de nomine supradicti Athanasii ad nos dedistis, sciatis his litteris, quas ad unanimitatem uestram dedi, me cum omnibus uobis et cum uniuersis episcopis ecclesiae catholicae pacem habere, supradictum autem Athanasium alienum esse a communione mea siue ecclesiae Romanae et a consortio litterarum et ecclesiasticarum.

2.

Textus narratiuus.

Quid in his litteris non sanctitatis, quid non ex metu dei eueniens est? sed Potamius et Epictetus, dum damnare urbis Romae episcopum gaudent, sicut in Ariminensi synodo continetur, audire

2 *Ediderunt epistulam Baronius ad a. 352 n. XII, Binius I 466, Ed. regia III 140 sq., Labbe-Cossart II 752, Coleti II 807, Mansi III 208* 3 LIUERI *A* EPISCOPI] EPIST *A* 6 urbis Romae episcopus *γ* 9 maiorum *Cγ* maiorem *A* 12 uenisset *A, C a. c.* de *del. γ* disciplinam *A* 13 exigit *Cm2 Fab* 14 pręs| *A* ueniret *Cγ* uenisset *A* 18 uestram *coni. Cou* nostram *ACFab* 19 dedi *om. CFab* 21 *alt.* a *om. Cγ* 22 et *del. Cm2γ* 23 *Uerba epistulae et textus narratiui in A continua leguntur* 25 *A in mg.:* de potamio et epiteto epitectus *A* 26 sicut—continetur *glossema esse susp. Schiktanz (Die Hilarius-Fragmente 85) alii* arriminensis *A* audere haec potuerunt *susp. Cou; cf. Hilar. c. Constantium 2:* audire haec noluerunt

haec noluerunt. quin etiam Fortunatianus episcopus epistulam
2 eandem rursum diuersis episcopis mittens nihil profecit. ut autem in negata Athanasio communione sibi potius esset onerosus remque omnem sibi periculi faceret, dummodo nihil Sardicensi synodo, quod Athanasius absolutus et Arriani damnati fuerant, decerperet, litterae ex Aegypto omni atque Alexandria missae admonebant, quoniam, quales ad Iulium pridem ⟨de⟩ reddenda exulanti Athanasio communione erant scriptae, tales nunc, ut de subiectis intellegetur, ad Liberium datae sunt de tuenda. EXPLICIT.

Epistulae duae de episcopis lapsis.

IV.

1.

Cou XII

Epist. Liberii ad episcopos Italiae (362/3).

| ITEM EXEMPLUM EPISTULAE LIBERI EPISCOPI URBIS ROMAE FACTAE AD CATOLICOS EPISCOPOS ITALIAE. f. 100r

Liberius episcopis catholicis per Italiam consistentibus in domino aeternam salutem.

1. Imperitiae culpam oblitterat resipiscens. hoc autem et de scripturis sanctis aduertere est: pietatem ad omnia utilem esse legimus, cui cedit corporalis exercitatio, quamuis et ipsa utilitatis retineat fructus. quam sectandam nobis etiam ratio temporis prae-
2 sentis exposcit. non enim, si aliquis forte, qui hoc studii gerunt ratione prouisa destruere impudenter saeuiori censura, hoc aestimauerit et nouare, quod iam ex apostolica auctoritate munitum

17 cf. I Tim. 4, 8

3 communionem *A* esse onerosus *Fed* (*cf. Studien I 98*) esse honerosius *A* essent onerosi *γ* 4 periculo *Chapman* (*Rev. Bénéd. XXVII* [*1910*] *29*) facerent *Cγ* 5 quod] qua *C Cou* decerperet *Fed* decerperent *ACγ* 6 omni atque *Cou* omniaquae *A* Alexandria] *praem.* ab *Cou* 7 quoniam *Cou* quam *ATC Fab* qualis *A* de *add. γ* exulanti *Cou* exultante *ATC* 8 talis *A* intelligetur *γ* intellegeretur *AC* 11 *Ediderunt epistulam Baronius ad a. 362 n. CLXXVIII, Binius I 466 sq., Ed. regia III 144 sq., Labbe-Cossart II 754 sq., Coustant, Epp. Pontif. 448—450, Coleti II 809 sq., Mansi III 210 sq.* 12 ITEM] Incipit *Cγ* LIBERI *A* 13 FACTA *A* 16 im periciae *A* oblitterat *Cm2γ* oblitteratę (-rę *mut. m1*) *A* obliteratae *Cm1* 17 aduertere *Cγ* aduerte *A* utile *A* 18 utilitas *A,Ca.c.* 20 aliqui *γ* forte] *add.* sunt *Cou* qui *sc.* eorum qui 21 ratione] *praem.* rem *Cou* prouisa *Fed* prouissam *A* prouisam *Cγ* estimauerit *A* aestimauerint *Fab* existimauerint *Cou* 22 nouare *Cou in textu* nonare *A* non a re *C Fab* exauctorare *coni. Cou*

est de pietate, cum dictum est non esse parcendum his, qui apud
Ariminum ignorantes egerunt, quibus nescire inlicitum fuit captum
erroris incidere, idcirco seueritas repudianda est. sed mihi [cui] 3
conuenit omnia moderate perpendere, maxime cum et Aegyptii
omnes et Achiui hac usi sententia receperint multos parcendum
quidem his, de quibus supra tractauimus, auctores uero esse dam-
nandos, qui obliqua et maligna subtilitate caliginis offenderunt in-
nocentium sensus, per quas uelamen obducerent ueritati, tenebras
lucem et lucem tenebras uindicantes.

2. Igitur si quis ignorationis captum resipiscens sermonis nostri
aduocatione lenissima illud uirus in se pestiferum Arriani dogmatis
subdolum ac latebrosum fuerat expertus, reparatus exhauriat, con-
dempnet uehementiusque in auctores eius insaeuiat, quos in se
uiolentos expertus est totumque se fidei apostolicae et catholicae
usque ad Nichenae synodi conuentum de integro mancipet; per
quam professionem, etiamsi quibusdam leue et remissum uidetur,
recuperet id, quod per astutiam rectitatis amiserat. uerum si ali- 2
f. 107r quis tam stolidae mentis, quod haud credo, fuerit inuentus, | qui
non solum nolit conuerti antidotum recipiens sanitatis, ⟨uerum⟩
uenenum uirusque noxius sese uindicare crediderit, et ratione
uincetur et auctori perfidiae perdite deputatus ecclesiae catho-
licae spiritali uigore plectetur. EXPLICIT.

8 cf. Esai. 5, 20 17 sqq. cf. ep. Liberii ad Macedonianos apud Socr. h. e. IV 12

1 cum dictum est] contendentes *Cou* parcendum *Cγ* parcerdum *A* 2 Ariminum *Cou* arriaminum *A* 3 erroris *Cou* errori *A* seueritas *Cou* ueritas *A* repudianda *Fed* repidienda *A* repedanda *C Fab* rependenda *Cou* cui *del. Eng* 5 aciui *A* hac usi *Eng* accussi *A* accusati *C* hanc adunati *Cou* sententiam *Cγ* multos] *om. Cou* multis *C Fab* parcendum] *praem.* uisum est *Cou* 7 caliginis *Eng* caligines *A* et caligines *C* et caligine *γ* 8 quae *Cγ* 9 uindicantes] uenditantes *γ* 10 nostrae aduocationis *A* 11 benissima *T* breuissima *Fab* arrianę *A* 12 latebrosum] tenebrosum *C Fab* exauriat *A* 14 uiolentos *C p. c.* uiolentus *A, C a. c.* 16 lene *Eng* 17 retitatis *A* 18 haud *C p. c.* aut *A, C a. c* 19 nolit *γ* nolet *A* nollet *C p. c.* nole *C a. c.* recipien- sanitatis *A* uerum (etiam) *add. Cou* 20 noxius] potius *coni. Cou* se *Cou* uindicare] *praem.* posse *Cou* 21 auctori *γ*, (*sed Cou coni.* auctoribus) auctoris *A* perdite *Cγ* perditae *A* spiritalis *ACm1*

Epist. episcoporum Italiae (363).

2.

ITEM EXEMPLUM EPISTULAE EPISCOPORUM ITALIAE.

Dilectissimis fratribus per Inlyricum fidem paternam retinentibus episcopi Italiae in domino aeternam salutem.

1 (3). Diuini muneris gratia est, ut secundum apostolum omnes unum sapere, omnes unum confiteri coeperimus. et quantum ad Italiam quidem pertinet, olim fidei paternae, hoc est apud Nicheam scriptae, se reddidit fraudem, quam passa est apud Ariminum, recognoscens. Inlyricum etiam deum clementi nutu respexisse gaudemus et consortio infidelitatis, quo grauabatur, abiecto ea, quae sunt rectae
2 sententiae, probare coepisse gratulamur. nostram igitur, dilectissimi fratres, unam eandemque accipite firmam suscriptione sententiam. Nicheni tractatus aduersus Arrium Sabelliumque, cuius Fotinus partiaria hereditate damnatur, decreta seruamus. Ariminensis concilii statuta quorundam tergiuersatione corrupta consensu omnium prouinciarum iure rescindimus. quorum etiam exemplaria transmittenda censuimus, ut nec in fide retinenda nec in confutando
3 Ariminensi concilio aliqua uideretur esse dissensio. quicumque ergo nostrae unanimitatis optat habere consortium, quicumque indiuiduam pacem nobiscum habere desiderat, quae sunt nostrae sententiae, conprobare festinet et fidei nobis memoratae subscriptionem et rescissionem Ariminensis concilii sine ambiguitate mittendo. id certe petimus, quod cum plurium | harum prouinciarum porrigimus ipsi consensu. auctores autem heresis Arrianae uel Aecianae Ualentem et Ursatium ceterosque eorundem consortes non nunc f. 109r

5 cf. Phil. 2, 2. 3, 16

1 *Ediderunt epistulam secundum Fab uel Cou Baronius ad a. 365 n. XXVI sq., Binius I 487, Ed. regia III 230 sq., Labbe-Cossart II 835 sq., Hardouin I 745 sq., Coleti II 981, Mansi III 391 sq.* 5 est *om. Cγ* 6 ceperimus *A* 7 ithaliam *A* olim] cum *Cγ* 8 scribte *A* 9 inlyricom *A* gaudeamus *ACm1* 11 nostra *A* 12 eademque *A* suscriptionem *A* 14 seruamus *γ* seruemus *A* arriminensis *A* 16 rescindimus *C p. c., γ* inscindimus *A, C a. c.; cf. infra l. 22* rescissionem quarum *A* 17 transmittendo *A* confutando *γ* futando *A* 18 dissensio *Cm2* condescensio *T* condissensio (con- *in A uidetur pertinere ad* futando *et per errorem locum mutasse*) *A, Cm1γ* 19 ergo] igitur *Cγ* 20 nobis. comhabere *A* 21 fidei] *add.* a *Cou* 23 cum plurium *Fed* cum plurimum *A* complurium *γ* porregimus *A* 24 consensum *A*

et quod manifestari apud Inlyricum coeperunt, sed olim condemnatos esse manifestum est. EXPLICIT.

V.

Epistula Ualentis et Ursacii ad Germinium (366).

INCIPIT EXEMPLUM EPISTULAE UALENTIS, URSACII ET ALIORUM AD GERMINIUM.

Cou XIV

Domino religiosissimo fratri Germinio Ualens, Ursatius, Gaius et Paulus.

1. Cum de spe et salute sollicitudo incumbit, magis laudandi esse debent, qui solliciti sunt, quam reprehensionem aliquam sustinere; salus autem ac spes principaliter in fide catholica consistit.
et ideo, quamuis conuentione a dominis nostris fratribus et coepi- 2
scopis nostris Ualente et Paulo admonitus nolueris ad id, quod rumor iactitat de te, respondere, domine religiosissime, tamen, quia litteris tuis testificatus es te in eadem caritate perseuerare et paratum esse inlibatam dilectionem habere erga nos ostendere, propterea in unum apud Singidunum congregati iterum his commonefacimus sanctitatem tuam, ut omni occasione ambagum exclusa digneris rursus rescribere nobis. [si] a fide catholica, quae Arimini a sancto concilio exposita confirmataque est, cui etiam uniuersi Orientis episcopi consenserunt, — sicuti iam professus es — te non recessurum
apertius quaeritur significes. est autem hoc, sicut in ea cautum est: 3
'similem dicimus filium patri secundum scripturas', non 'secundum substantiam' aut 'per omnia', sed absolute. si enim haec expositio inmutata fuerit, manifeste quondam Basilii perfida adsertio, propter

1 et *A*S^2*Cm1* est *Cm2* esse *γ* condemnatos esse *Cou* condemnasse *A* 3 *Ediderunt epistulam secundum Fab uel Cou Baronius ad a. 366 n. XXVI, Binius I 488 sq., Ed. regia III 235 sq., Labbe-Cossart II 840 sq., Hardouin I 747 sq., Coleti II 988 sq., Mansi III 399 sq.* 7 Paulus] *add.* S. *Cγ* 11 conuentione (*cf. infra p. 160, 12*) *Cm2γ* contentione *A* ad omnes nostros fratres et coepiscopos nostros *TCFab* 12 admonitus nolueris (*cf. p. 160, 12:* licet nolueris, sicut—admonitus) *Cm2* admonita (*add.* sanctitas tua *Cou*) noluerit *Aγ* 13 latitat *Fab* 14 es te] est *A* 15 os ostendere *A* 16 singidinum *A* communae facimus *A* 17 ambagum *Fed* ambague *A* ambageue *Eng* ambigui *Cγ* 18 si *del. Eng* arrimini *A* 20 recessurum *γ* recusurum *A* 21 *A in mg.:* pfidia hereticorum 23 sed] uel *Cm2* seu *Fab* (*in Praef.*) 24 quondam *Cm2* quoniam *ACm1* uasilii *A*

quam synodus facta est, quae etiam merito damnata est, reparabitur.

2. Dignare igitur hoc, quod quaeritur, euidenter litteris tuis declarare non dixisse aut dicere uel dicturum: 'similem esse | per f. 108r omnia filium patri excepta innatiuitate', ne, quod perlatores litterarum Iouianus diaconus et Martirius subdiaconus uerbo deprecationis suae ante praedictos dominos meos fratres et coepiscopos nostros Ualentem et Paulum adserebant, magis credibile esse uideatur, quia 'per omnia similem esse filium patri' profitearis.
2 si enim sic te, sicut optauimus, sentire scriptis tuis manifestaueris, querella pro iniuria a quibusdam clericis tuis Palladio et Gaio fratribus et coepiscopis nostris facta, licet nolueris, sicut prima conuentione admonitus es, inquirere, ad existimationem tuam non pertinet, illis scilicet praestantibus pro sua temeritate rationem.
3 haec per Secundianum presbyterum, Pullentium lectorem et Candidianum exorcistam transmisimus caritati tuae, XV. Kalendas Ianuarias, Gratiano nobilissimo et Dagalaifo consulibus, exemplum penes nos retinentes.

Epistula Germinii ad Rufianum etc. (366).
Cou XV

VI.

INCIPIT RESCRIPTUM GERMINI AD RUFIANUM, PALLADIUM ET CETEROS.

Dominis fratribus religiosissimis Rufiano, Palladio, Seuerino, Nichae, Heliodoro, Romulo, Muciano et Stercorio Germinius in domino salutem.

1. Uitalis u. c. militantis in officio sublimis praefecturae relatione conperimus desiderare sanctitatem uestram significari uobis

1 quae] qua *γ* 3 quaeritur *C p. c.* queretur *A* 5 excepti *Aml* nec *A* 9 simile *A* 11 quaerella *A* querelam *γ* 12 factam *γ* 13 exquirere *Cm2γ* exquire *Cml* extimationem *C* aestimationem *γ* non *om. Cγ* 14 pertinet *γ* pertinent AS^1S^2C illi AS^1S^2, *C a. c.* ratione *A* 16 KL̄ *A* 17 nobilissimo] *add.* P. *γ* galaifo *ACml* 19 *Ediderunt epistulam secundum Fab uel Cou Baronius ad a. 357 n. XXVII sqq., ad a. 366 n. XXVII, Binius I 489, Ed. regia III 236—238, Labbe-Cossart II 841 sq., Hardouin I 747—750, Coleti II 989—992, Mansi III 400—402, Burn, Niceta of Remesiana (1905) 138 sqq.* 20 AD RUFIANUM PALLADIUM ET CETEROS. INCIPIT RESCRIPTUM GERMINI *A*, *transp. Cγ* 23 nichę *A* 25 ūc AS^1S^2 nunc *TCFab* 26 significare *ACml*

aperte, quid est, quod de fide nostra Ualenti, Ursatio, Gaio et
Paulo displiceat. necessarium duxi his litteris patefaciendum sancti-
tati uestrae et id, quod et in uobis ipsis ab initio esse confido,
dicere. nos hoc, quod et a patribus traditum accepimus et diuinis 2
scripturis, quod semel didicimus, et cotidie docemus, Christum dei fili-
um dominum nostrum per omnia patri similem excepta innatiuitate,
deum de deo, lumen de lumine, uirtutem de uirtute, integrum de in-
tegro, perfectum de perfecto, ante saecula et ante uniuersa, quae in-
f. 109r tellegi uel dici possunt, genitum, cuius natiuitatem | nemo scit nisi
solus pater ipso filio asserente: quia nemo nouit filium,
nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi fi-
lius, et cui uoluerit filius reuelare. per quem 3
facta sunt omnia, sine quo factum est nihil secundum diuinas
uoces ipsius saluatoris nostri filii dicentis: pater meus usque
modo operatur et ego operor; et iterum: quae-
cumque enim pater facit, haec et filius simi-
liter facit; et iterum: ego et pater unum sumus;
et iterum: qui me uidit, ⟨uidit⟩ et patrem; et iterum:
quomodo pater uitam habet in semet ipso, ita
dedit et filio uitam habere in semet ipso; et
iterum: sicut pater suscitat mortuos et uiui-
ficat, ita et filius, quos uult, uiuificat; et
iterum: credite in deum et in me credite; et iterum:
neque enim pater iudicat quemquam, sed
omne iudicium dedit filio, ut omnes honori-
ficent filium sicut honorificant patrem. et 4
iterum cui pater dixit: faciamus hominem ad ima-
ginem et similitudinem nostram? nec dixit 'ad
imaginem tuam' uel 'ad imaginem meam', ne aliquam dissimili-
tudinem ⟨in⟩ filii sui diuinitate demonstraret, sed propterea con-
iunxit 'ad imaginem et similitudinem nostram', ut filium suum sibi

10 Matth. 11, 27 12 cf. Ioh. 1, 3 14 Ioh. 5, 17 15 Ioh. 5, 19
17 Ioh. 10, 30 18 Ioh. 14, 9 19 Ioh. 5, 26 21 Ioh. 5, 21 23 Ioh. 14, 1
24 Ioh. 5, 22 sq. 27 Gen. 1, 26

3 *alt.* et *om.* $C\gamma$ uobis γ nobis AS^2 4 accepimus, et diuinis scripturis
quod $A\gamma$, *corr. Fed* 16 similiter filius $C\gamma$ 20 haberet A 23 *pr.* credite]
creditis γ 25 omne] omnem A 30 in *add.* γ diuinitatem A

similem per omnia deum manifestaret. iterum euangelista: uidi-
mus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a
patre, plenum gratia et ueritate. et apostolus ad
Corinthios: in quibus deus huius saeculi excae-
cauit mentes infidelium, ut non refulgerent
inluminatione euangelii gloriae Christi, quae
est imago dei. et iterum idem apostolus: et transtu-
lit nos in regno filii caritatis suae, in quo
habemus redemptionem, remissionem pecca-
torum, qui est imago dei inuisibilis, primo-
5 genitus omnis creaturae. et iterum idem apostolus: hoc
enim sentite in uobis, quod et in Christo Iesu.
qui cum in forma dei esset, non rapinam arbi-
tratus est esse se aequalem deo, sed semet ip-
sum exinaniuit formam serui accipiens, in
similitudine hominum factus. quis non intelle-
gat, quia, quemadmodum secundum serui formam uera fuit caro
nostra in Christo, ita et in dei forma uera sit diuinitas patris in
filio? et iterum: uidete, ne quis uos seducat per
philosofiam et inanem fallaciam secundum
traditionem hominum, secundum elementa
huius mundi, | et non secundum Christum, f. 109r
quia in ipso habitat omnis plenitudo diuini-
6 tatis corporaliter. si ergo omnis plenitudo diuinitatis
inhabitet in Christo, iam non ex parte similes et ex parte dissimiles,
sicut nunc asserunt, qui propter contentionem suae libidinis re-
trorsum abeuntes semet ipsos a nobis auerterunt.

2. Nam quod putant se pro magno de scripturis diuinis proferre, ut dicant Christum 'facturam' et 'creaturam', e contrario nos se-

1 Ioh. 1, 14 4 II Cor. 4, 4 7 Col. 1, 13—15 11 Phil. 2, 5—7 19 Col. 2, 8 sq. 26 cf. II Petr. 2, 21

5 refulgerent γ refulgeret *A; de forma* refulgerent inluminatione *u. Studien III 137 sq.* 9 redemptionem, remissionem *Fed* (*alios testes u. Studien III 138*) redemptione remissionem *A* redemptionem et rem. *C*γ 14 se esse *C*γ 18 formā *A* 22 mundi] modi *A* 25 inhabitat γ xpm *A* similes—dissimiles (*sc. pater et filius*)] similis—dissimilis *Cp.c.*, γ 26 contentione *A* 28 diuinis scripturis γ 29 e] et *A*

cundum scripturas dicimus et 'uiam' et 'ianuam' et 'lapidem offensionis' et 'petram scandali' et 'fundamentum' et 'brachium' et 'manum' et 'sapientiam' et 'uerbum' et 'agnum' et 'ouem' et 'pastorem' et 'sacerdotem' et 'uitem' et 'diem' et alia. sed 2
haec omnia sic intellegimus et dicimus, ut uirtutes et operationes filii dei intellegamus, non ut diuinam eius ex patre natiuitatem huiuscemodi nominibus conparemus, quia ex nihilo omnia per filium facta sunt, filius autem non ex nihilo, sed ex deo patre est genitus.

3. Miror autem praedictum Ualentem aut oblitum esse aut certe subdole dissimulare, quid in praeteritum gestum definitumque sit. nam sub bonae memoriae Constantio imperatore, quando inter quosdam coeperat esse de fide dissensio, in conspectu eiusdem imperatoris, praesentibus Georgio episcopo Alexandrinorum ecclesiae, ⟨Pancratio episcopo⟩ Pelusinorum, Basilio episcopo tunc Anquiritano, praesente etiam ipso Ualente et Ursatio et mea paruitate, post habitam usque in noctem de fide disputationem et ad certam regulam perductam Marcum ab omnibus nobis electum fidem dictasse, in qua fide sic conscriptum est: 'filium similem patri per omnia, ut sanctae dicunt et docent scripturae', cuius integrae professioni omnes consensimus et manu nostra suscripsimus. si autem nunc aliquid illis spiritus huius mundi 2
suggerit, ex aperto adhuc scire non possumus. nam ut nos professi sumus de scripturis 'per omnia similem filium patri excepta innatiuitate', exponant et illi de scripturis, quemadmodum parte similis sit, parte dissimilis.

1 uiam] Ioh. 14, 6 ianuam] Ioh. 10, 7 lap. off.] Esai. 8, 14 etc. 2 petram scand.] Esai. 8, 14. I Petr. 2, 8 fund.] I Cor. 3, 11 brachium] Esai. 51, 9. Luc. 1, 51. Ioh. 12, 38 etc. 3 manum] Ex. 13, 9 etc. sapientiam] I Cor. 1, 24. 30 uerbum] Ioh. 1, 1. 14. Ap. 19, 13 agnum] Ioh. 1, 29 etc. ouem] Esai 53, 7. Act. 8, 32 4 pastorem] Ioh. 10, 11. 14 sacerdotem] Hebr. 5, 6 etc. uitem] Ioh. 15, 1. 5 diem] I Thess. 5, 5

1 *pr.* et *om. Cou* 2 petra *A* 7 nominibus *Cγ* nominemus *A* 8 pater *A* 15 Pancratio *add. Cou* *pr.* episcopo *add. Fed* uasilio *A* 16 mea] in ea *C Fab* prauitate *C Fab* 17 nocte *A* 18 eiectum *ACm1* 21 consensimus omnes *Cγ* 22 illisp̄s *A* illis *om. Cγ* 26 partem *A*

4. Et ideo, fratres dilectissimi, hanc intrepidanter | et sine f. 11v mora uestrae dilectionis ad conscientiam per Cyriacum officialem, cuius prima inuenta occasio est post Carinium diaconum, quem ad uos misi, professionem destinaui, ut per uestram quoque uigilantissimam deuotionem apud deum uniuersae fraternitati intimetur, ne
2 quis fallacis diaboli laqueis ignorans implicetur. iam uestrae est unanimitatis rescribere mihi, quid uobis spiritus sanctus suggerat. sane intimo caritati uestrae me huic epistulae, propterea quod manus dolerem, suscribere non potuisse, suscribendum autem mandasse fratribus et conpresbyteris nostris Innocentio, Octauio et Catulo. EXPLICIT.

Epistulae Liberii et textus narratiuus.

VII.

1.

Cou VI

Textus narratiuus.

Liberius autem, antequam ad exilium iret, hanc uniformem epistulam confessoribus scripsit, id est Eusebio, Dionisio et Lucifero in exilio constitutis.

2.

Epist. ad Eusebium, Dionysium, Luciferum (355).

1. Quamuis sub imagine pacis humani generis inimicus uehementius in membra ecclesiae uideatur esse grassatus, uos tamen

7 cf. Ioh. 14, 26

1 hanc *Cp.c.* haec *A,Ca.c.,γ* intrepitanter *A* 2 ura *A* 3 diaconem *Cou* 4 destinaui *Cp.c.,γ* destinauit *A* 5 intimetur *γ* intimentur *A* 6 ura *A* 7 sanctus spiritus *γ* 9 dolerem *Cγ* dolere *A* potuisse *Cγ* potuissem *A* 12 *Epistulae sequentes Liberii traditae sunt etiam aliquibus codicibus acta conciliorum continentibus, sc. in F, H^1—H^4 (= H), quos indicauimus p. 42; de quibus u. plura Praef. II A 3 et Studien I 29—32, III 106—108. edidit epistulas Baronius (= Bar) ad a. 355 n. XXXV, ad a. 353 n. XIX, ad a. 357 n. XLIII—XLV. uarias editiones collectionum canonum, quae epistulas ex Fabro uel ex Baronio deprompserunt, u. Studien I 34.* 14—16 INCIPIT EPISTOLA LIBERII EPISCOPI UNIFORMIS ANTEQUAM EXILIARETUR (EXSILIARETUR H^1 EXHILARETUR H^4) CONFESSORIBUS *etc. FH* Liberius episcopus dilectissimo fratri Lucifero *Ferrerius (Uita et res gestae S. Eusebii Uercellensis etc.², Romae 1609; de Ferrerii editione u. Studien I 31)* 14 autem *om. γ* 15 ID H^1 IDE H^4 Dionisio] *praem.* ET *FH* 18 umani *A* uehementer *Bar* 19 uidebatur H^3H^4 *Bar* crassatus AH^4

acceptissimos deo sacerdotes egregia et singularis fides et hic probabiles deo ostendit et iam ad futuram gloriam martyres designauit. quo itaque praeconio laudis, qua uocis exultatione merita uirtutis uestrae praeferam, positus inter merorem absentiae uestrae et gaudium gloriae prorsus inuenire non possum, nisi quod scio hic me probabiliora uobis solatia exhibere, si credatis me in exilio
simul uobiscum esse detrusum. denique me in ipsa adhuc expecta- 2
tione pendentem, quod a consortio uestro durior necessitas interim detrahit, satis contristor. optaueram enim, fratres deuotissimi, prior pro omnibus uobis impendi, ut exemplum gloriae per me magis uestra dilectio consequeretur. sed fuerit haec palma meritorum uestrorum, ut priores de perseuerantia fidei ad confessionis in-
lustrem gloriam ueniretis. quaeso igitur dilectionem uestram, ut 3
me praesentem uobiscum [cum] esse credatis atque eo me affectu
10r absentem non esse sentiatis et intellegatis dolere me satis, | quod sim interim a uestro consortio disparatus. quantam denique gloriam fueritis consecuti, hinc magis scire potestis, quod, si qui in persecutione coronati sunt, solius persecutoris cruentos gladios sentire potuerunt, contra uos, deuoti per omnia dei milites, etiam falsos fratres inimicos experti uictoriam de perfidis pertulistis, quorum, quantumque in saeculo uiolentia increscere potuit, tanto sacer-

1 acceptismos H^1H^2m1 acceptissimi $Fm2H^3$ *Bar Cou* acceptissim̄ H^4 deo *A Ferrerius* dn̄o H^2m2 domino H^3 *Bar Cou* in domino H^4 dn̄i *s.l.* *Fm2* hic *AFHFabBar* hinc *Cou* probabilis AFH^1H^2m1 2 etiam *Ca.c.*, FH^4 3 quo] cum FH^1H^2m1 qua] et *Fm2* exultationis H^1 4 proferam *Bar Cou* inter] in *F* et *om.* H^1 5 prorsus] profusus FH^1, (fu *eras. et* r *in ras. m2*) H^2 in (ut H^4) prorsus H^3H^4 uenire H^4 hic *AFabBar* hinc *FHCou* 6 *pr.* me] ne $Fm1H^1H^2m1$ exilium *edd.* me simul uobiscum in exilio *H* me uobiscum simul in exilio *F* 7 adhuc in ipsa *γ* adhuc] tunc H^4 9 distrahit *Bar Cou* constristor *Aa.c.* constrictor *Fm1* 10 pro *om.* H^3H^4 p *s.l.* H^2m1 11 consequereretur H^2 consequetur *F* 12 prioris *A* 13 ueneritis $FH^1H^2m1γ$ uestram *om.* H^4 14 presente H^1 *alt.* cum *del. C*, *om. FH* eo me *om.* H^4 effectu *FH* 15 sentiatis] credatis H^4 intellegetis *A* dolere me *Cm2* dolere $Fm2H^2$ dolorem *A* dolore $Fm1H^1H^3H^4$ 16 separatus *FHBar* quanta *A* quantum H^3 17 quod *om.* H^3 si *om. FHBar* 18 persecutoris] persecutionis *Bar* cruentos gladios $S^1FHBarCou$ fructus gladio *A Fab Ferrerius* 19 deuota H^4 milites] inlites H^4 20 de perfidis uictoriam *Cγ* perfides *A* 21 quantumque $ATFH^4Fab$ quantumcumque $H^1H^2H^3$ quanto *BarCou* uiolentiam in saeculo H^4 crescere H^1 *Bar* tanto] *add.* sanctis (sancti H^1) *FHBarCou* sacerdotis H^1

dotibus praemia laudis inueniuntur conferre. estote itaque de promissione caelesti securi.

2. Et quia proximiores estis deo effecti, uestris orationibus me uestrum consacerdotem famulum dei ad dominum subleuate, ut superuenientes impetus, qui de die in diem, cum annuntiantur, grauiora uulnera infligunt, tolerabiliter ferre possim, ut inuiolata fide, saluo statu ecclesiae catholicae, parem uobis dignetur me
2 dominus efficere. et quia cupio, quae gesta sunt in ipsa congressione, fidelius scire, obsecro sanctitatem uestram, uniuersa fideliter litteris intimare dignemini, ut additamentum maius uel ipse animus, qui diuersis rumoribus cruciatur, uel uires corporis ipsius, quae iam extenuatae sunt, de uestra cohortatione possint sentire. *et ālia manu:* Deus uos incolumes custodiat, domini fratres.

Textus narratiuus.

3.

Item Liberius, antequam iret in exilium, de Uincentio Capuensi ad Caecilianum episcopum Spolitinum, scripsit:

Ex epist. ad Caecilianum (353/4).

4.

(3) Nolo te factum Uincentii ab intentu boni operis reuocet, frater carissime.

1 proemia H^2 2 caelestis *AF*, (cęlesti H^1) *H* 4 sublebate H^1 subleuante (n *eras.*) *A* 5 ut] et *A* superuenientis AH^4 diem] die *A* annuntiant *ATC Fab* 6 uulnera] futura *ATCFab* tollerabiliter (*pr.* l *eras.*) H^2,H^4 possum H^1 possimus H^2m2H^3 *Bar* possumus H^4 7 fides FH^1, (s *eras.*) H^2 parem] praemia H^3H^4 *Bar*, *add.* me $FH^1H^2H^3$ me *om.* *FH* dominus dignetur *FH* praemia dignetur nobis afferre *Bar* 8 et] *FH*, *om.* *A* congressione] congregatione *FH* 9 uestram] *add.* ut *Cou, sed cf. infra p. 169, 16* uniuers H^4 10 dignemine *A* addidamentum H^4 animus] *add.* possit $H^2m2H^3H^4$ 11 diuersis rumoribus] in diuersarū moribus FH^1H^2m1 diuersis moribus $H^2m2H^3H^4$ diuersis morbis *Bar* cruciatur *om.* *FH* 12 cohortatione uestra *γ* urae *A* exhortatione (-nē $Fm1H^1H^4$) *FH* possim *FH* 13 incolomes *F* incolumem H^1 domini fratres *om.* *FH* deus te incolumem custodiat, domine frater charissime : item ipse et mei memor esse digneris *Ferrerius* 15 antequam ad exilium ire (iret $H^2m2H^3H^1$) dixit *FH* de *om.* *FH* capuense AFH^1 16 ad] *praem.* et *FH* cecilianum *A* helianum *FH* Aelianum S^1 episcopum *om.* *FH* spolitanum *F*, (spoletanum H^4) *H*; *formam* Spolitinus *u. etiam CIL XI P. 2, 701, nota 3* scripsit *om.* *FH* 17 *n.* *4*, *5, 6 in A scriptura continua coniuncti sunt* 18 nolite *FH* te *om.* *FH* uincenti *FH* intentu *Cγ* intentii *A* intento *FH* 19 fratres karissimi *FH*

5.

Textus narratiuus.

Et ad Ossium de Uincenti ruina sic dicit:

6.

Ex epist. ad Osium (358/4).

Inter haec, quia in nullo conscientiam tuam debeo praeterire, multi ex Italia coepiscopi conuenerunt, qui mecum religiosissimum imperatorem Constantium fuerant deprecati, ut iuberet, sicut ipsi placuerat dudum, concilium ad Aquileiam congregari. Uincentium Capuensem cum Marcello adaeque ex Campania episcopo legationem nostram suscepisse sanctitati tuae insinuo. de quo quia 2
multum sperabam, quod et causam optime retineret et iudex in eadem causa cum sanctitate tua frequenter resedisset, credideram integrum ius euangeliorum siue legationis posse seruari. non tantum nihil impetrauit, sed etiam ipse in illam ductus est simulationem. post cuius factum duplici merore affectus me moriendum magis
III' pro deo decreui, ne uiderer nouissimus | delator aut sententiis contra euangelium commodare consensum.

7.

Textus narratiuus.

(4) Post haec omnia, quae uel gesserat uel promiserat Liberius

2 osium *FH* 2—4 sic dicit. Inter haec quia *AFm1*H^1H^2*m1 Fab* sic dicit inter haec. quia *Fm2*H^2*m2*H^3H^4 sic dicit inter alia: quia *BarCou* 4 praeteriret *A* multi (m *in ras. m2*) *F* 5 episcopi *FHCγ* peruenerunt H^4*m1* religiosissimum] religissimum H^4 gloriosissimum S^1FH^1 6 fuerat H^1 iuueret FH^1 7 ad Aquileiam *Cγ* adquileia *A* aquileia $FH^1H^2H^3$ acquilega H^4 Aquileiense *Bar* 8 adęque *F* adequę H^1 ad eaq. H^3 ad ea quae H^4 atq. *A* aeque *γ* cāpanie *A* 9 quo quia] quo q (a *s.* q *m2*) *F* quo qui H^1H^2*m1* quo cum H^2*m2*H^3H^4 quos (*forte ex* quo q) *A* quo *γ* 10 sperarem (rem *in ras. m2*) H^2,H^3H^4 *Bar* *pr.* et] de *AT* causa ATH^3H^4 retinet H^1 iudes *A* uidens *T* 11 causam H^1 cum sanctitatem tuam FH^1H^2*m1* resedisse *TC* redisse H^1H^2*m1* redis (r *et* d *eras.*) *F* 12 integram H^1 ius (eius H^3H^4) euangeliorum ATS^1FH dei euangelium *Bar Cou* siue = *et* siue (suae S^1) legationis ATS^1 suae (siue H^3) legationes (legationis H^2 *a. c.*) *FH* sua legatione *BarCou* seruare *FH* 13 ipse *om.* FH^1H^2*m1* in illum (-am H^2*m2*H^3H^4) doctus est *FH* simulatione *A* 14 affectus moerore *Cγ* affectus (a *in ras. m2*) *F* effectus H^1 confectus (con *in ras. m2*) H^2, H^3 H^4 *Bar* me] *om. FH* mihi *γ* 15 delatur H^1 delator] *add.* existere H^2*m2*H^3H^4 *Bar* aut] nam H^1H^2 nam uidetur H^3H^4 *Bar* aut *in ras. Fm2* 16 commodasse *FH Bar* consensu *A* 18 promisserat *A*

missus in exilium, uniuersa in irritum deduxit scribens praeuaricatoribus Arrianis haereticis, qui in sanctum Athanasium orthodoxum episcopum iniuste tulere sententiam.

Epistulae dubiae.

8.

Epist. ad episcopos Orientales (357).

Dilectissimis fratribus presbiteris et coepiscopis Orientalibus Liberius salutem.

1 (5). Pro deifico timore sancta fides uestra deo cognita est ⟨et⟩ hominibus bonae uoluntatis. sicut lex loquitur: i u s t a i u d i c a t e, f i l i i h o m i n u m, ego Athanasium non defendi, sed, quia susceperat illum bonae memoriae Iulius episcopus, decessor meus, uerebar, ne forte in aliquo praeuaricator iudicarer.
2 at, ubi cognoui, quando deo placuit, iuste uos illum condemnasse, mox consensum commodaui sententiis uestris. litteras adaeque super nomine eius, id est de condempnatione ipsius, per fratrem nostrum Fortunatianum dedi perferendas ad imperatorem Constantium. itaque amoto Athanasio a communione

8 cf. Luc. 2, 14 Ps. 57, 2

Epistulae Liberii *Quamuis sub*, *Nolo te* (ex parte), *Inter haec* (ex parte) et epistulae dubiae *Pro deifico*, *Quia scio*, *Non doceo* una cum textu narratiuo = Ser. B VII (supra p. 164—173).

. . . .

De synodis Ariminensi et Seleuciensi:

Epistula Constantii imperatoris ad episcopos synodi Ariminensis = Ser. A VIII (supra p. 93 sq.).

. . . .

Ex actis synodi Ariminensis: Definitio episcoporum homousianorum, textus narratiuus, damnatio haereticorum = Ser. A IX (supra p. 95—97).

. . . .

Epistula synodi Ariminensis ad Constantium imperatorem et gesta Nicaena una cum textu narratiuo (sequebatur forte symbolum Nicaeae Thraciae propositum, cf. Studien I 76 sq.) = Ser. A V supra p. 78—86).

. . . .

Epistula episcoporum Arianorum, qui synodo Ariminensi intererant, ad Constantium imperatorem = Ser. A VI (supra p. 87 sq.).

. . . .

Epistula legatorum synodi Seleuciensis ad legatos synodi Ariminensis una cum textu narratiuo (ante epistulam excidit textus narratiuus, qui '*librum Ualentis et Ursacii*' interpretabatur, cf. Studien I 111 sq.) = Ser. B VIII (supra p. 174—177).

. . . .

. . . .

LIBER III

(scriptus a. 367).

. . . .

. . . .

Epistula synodi Parisiensis ad episcopos Orientales = Ser. A I (supra p. 43—46).

. . . .

Epistula Eusebii episcopi Uercellensis ad Gregorium episcopum Eliberitanum = Ser. A II (supra p. 46 sq.).

* *

Epistulae duae de reconciliandis episcopis lapsis = Ser. B IV (supra p. 156—159).

* *

De Germinio episcopo Sirmiensi:

Ex epistula Germinii ad episcopos Arianos: symbolum Germinii (excidit ipsa epistula, cf. Studien I 103) = Ser. A III (supra p. 47 sq.).

* *

Epistula Ualentis, Ursacii, Gaii et Pauli ad Germinium = Ser. B V (supra p. 159 sq.).

* *

Epistula Germinii ad Rufianum, Palladium et ceteros = Ser. B VI (supra p. 160—164).

* *

III.

LIBER AD CONSTANTIUM IMPERATOREM (LIBER II AD CONSTANTIUM).

INDEX NOTARUM.

B = cod. Uaticanus Basilicanus S. Petri D. 182 s. VI in.
C = cod. Parisinus Nouv. acq. 1454 s. XI.
J = cod. Salisburgensis S. Petri a. XI. 2 s. XI/XII.
E = cod. Bernensis 100 s. XII.
G = cod. Burdigalensis 112 s. XII.
L = cod. Zwettlensis 33 s. XII.
M = cod. Monacensis 169 s. XII.
O = cod. Monacensis 21528 s. XII.
W = cod. Uindobonensis 684 s. XII.
T = cod. Carnutensis s. XIII (?), lectiones uariantes apud Coustant.
γ = *B* et *C* consentientes.
π = *JELMOW* consentientes.
λ = codices omnes consentientes.
Bad = ed. a Badio impressa, Parisiis 1510.
Era = ed. Erasmi, Basileae 1523.
Lyp = ed. Lypsii, Basileae 1550.
Gil = ed. Gillotii, Parisiis 1572.
Cou = ed. Coustantii, Parisiis 1693.
Δ = *Bad Era Lyp Gil* consentientes.
Θ = editores omnes consentientes.
m? = manus incerta.
a. r. (*p. r.*) = ante (post) rasuram.
notas alias u. p. 2.

SANCTI HILARII
LIBER AD CONSTANTIUM IMPERATOREM,
QUEM ET CONSTANTINOPOLI IPSE TRADIDIT.
(LIBER II AD CONSTANTIUM).

1. Non sum nescius, piissime imperator, ea, quae de nonnullis negotiis ad conscientiae publicae audientiam proferantur, pro dignitate eorum, qui eloquuntur, uel grauia existimari solere uel leuia, dum distantis opinionis ambiguam sententiam ad studium intellegentiae permouet hominis contemtus aut gratia.
sed mihi apud te de diuina re pia dicturo nullus uulgatae con- 2
suetudinis metus est, quia, cum sis bonus ac religiosus, nec uitium iudicii apud prudentes religionum, quid a quo audiat, sed an, quae audiat, sint religiosa, diiudicet. et quia mihi a deo [de] praesentiae tuae opportunitas praestita est, nec erga haec quidem conscientiae meae cessauit officium, ut in eum, quem apud te habeo de religione sermonem, indignitas forte aliqua tecum loquentis offendat.

2. Episcopus ego sum in omnium Galliarum ecclesiarum atque

1 SANCTI—IMPERATOREM] *cf. notam ad p. 187, 19* INCIPIT (INCP̄. *B*) LIBER (LIB̄. *B*) II. EIVSDEM AD EVNDEM (EVADEM *Bm1*) QUEM ET CONSTANTINOPOLI (-NAPOLI *Bm1* -NVPOLI *Bm4*) IPSE TRADIDIT *BC* incipit eiusdem epla (epl̄a *s.l.m2*) ad eundem quam et constantinopoli eidem ipse tradidit *G* liber sc̄ds eiusdem ad eundem quem et constantinopoli (-im *JOW*) ipse (ipsi *EW*) tradidit *JEOW* item liber eiusdem ad eundem *M*, *titulum om. L; cf. Hieron. de uiris inl. 100:* 'ad Constantium' libellus, quem uiuenti Constantinopoli porrexerat 5 piisme *B a.c.m4* ea] e *Cm1, del. Cm2, om. (s.l.Em2) Gπ* de] *praem.* de plerisque *B, (del. m3) C*, a plerisque *com. Cou* 6 audientium *LW* proferuntur *JEm2* praeferantur *γGL* 7 qui] quae *LW* eloquantur *Bm2* locuntur *Em1L* loquuntur *W* ea (*s.l.Em2*) locuntur (loquuntur *O*) *JEm2MO* exhistimari *C a.r.* existimare *Em1LMOW* 8 distantis *Eng* distantibus *Θ* his tantis *λ* opinionis *B* 9 permouet *B* promouet *CGπΘ* 10 aput *B a.c.m2* nullus metus est *G* 11 nec *om. MO* 12 aput *B a.c.m2* a quo] aut quod *B a.c.m2* 13 a deo] ad eo *O* de *del.Cou* praesentia tua *C p.r., GπΔ* 14 opportunita (s *s.* a) *C* 15 cessabit *ELW* in eum] meū *G* aput *B a.c.m2* religionē *MO* 16 digtas *B a.c.m2* 17 in omnium] hominum *B a.c.m4* gallicarum *J* ecclesiarum *s.l. Bm4* ecclesiis *M*

episcoporum communione, licet exilio, permanens et ecclesiae
adhuc per presbyteros meos communionem distribuens. exulo autem
non crimine, sed factione et falsis nuntiis synodi ad te imperatorem
pium, non ob aliquam criminum meorum conscientiam per impios
homines delatus. nec leuem habeo querellae meae testem dominum
meum religiosum Caesarem tuum Iulianum, qui plus in exilio meo
contumeliae a malis, quam ego iniuriae, pertulit; in promtu enim
2 sunt pietatis uestrae litterae. falsa autem eorum omnia, qui in exi-
lium meum procurauerunt, non in obscuro sunt. ipse quoque uel
minister uel auctor gestorum omnium intra hanc urbem est. circum-
uentum te Augustum inlusumque Caesarem tuum ea confidens
conscientiae meae condicione patefaciam, ut, si indignum aliquid
non modo episcopi sanctitate, sed etiam laici integritate gessisse
docear, non iam sacerdotium per ueniam expectem, sed intra paeni-
tentiam laici consenescam.

3. Haec autem nunc, dignantissime imperator, arbitrio tuo
derelinquo, quatenus et quomodo me iubes loqui, et ea, quae ma-
xime tecum in tempore hoc agenda sunt, prosequor. dabis quidem
id in praesens instructionis ad causam, ut praesentem eum, cuius
ministerio exulo, usque ad confessionem falsorum, quae gessit, ad-
2 ducam. sed nihil de eo, nisi cum iusseris, loquar. nunc autem, quia
mihi metus est de mundi periculo, de silentii mei reatu, de iudicio
dei, cura autem est de spe, de uita, de immortalitate non tam mea,
quam tua uniuersorumque. quae quia mihi cum plurimis communis

1 episcoporum (-is *s.l.m4*) *B* commune *MO* exilio] *praem.* in *Θ* et *s.l.Bm4* ecclesia *B a.c.m4* 2 athuc *B a.c.m2* adhuc licet *E* per *s.l.C* prbb *B* prespiteros *W* 3 synodi (h *s.l.m4*) *B* te *s.l.Bm5* 4 aliqua *B, C a.c.m2* conscientia *B, C a.c.m2* 5 delatis *B* delatos *W a.c.* quaerelle *Bm1* quaerellae *Bm2* quaerellę *C* dm̄ *B* 6 cesarem *CGπ* tuum] tunc *B a.c.m5* 7 in promtum *B* in prontū (- *eras.*) *C* 8 omnia eorum *M* qui] quae *Cou in eras. E, om. Cm1* 9 me *Em1LW* 11 augustum *s.l.Em2, om. LW* Augustum te *M* cesarem *CGπ* confides *C a.c.m?* 12 dignum *B, C a.c.m3* aliquit *B a.c.m2* 14 doceam *B a.c.m4* uenia *B* exspectem *B p.c.m2, C p.c.* paenitentia *B* 16 dignatissime *E a.c.m2, L* dignitatissime *MO* 17 quatinus *CJMO* 18 persequor *MO* dabis *Θ* ab his *λ* 19 praesentem] praesente *B, C a.c.m2* 20 mynisterio *W* ex•ulo *C* 21 nihil] *exp. et* n̄ *s.l.Cm2* nunc autem *sc. loquor* 23 dei] s loquor *add. s.l.Cm3* cur *γ, E a.c.m2, LMOW* sit *s.* est *Cm3* non] *praem.* et *O* 24 quae] *add.* s loquor *s.l. Cm3* quia quę *J*, (*in ras. m2*) *E*

est, haec a me communis spei expectatio est.

4. Recognosce fidem, quam olim, optime ac religiosissime
imperator, ab episcopis optas audire et non audis. dum enim, a
quibus ea requiritur, sua scribunt et non deum praedicant, orbem
aeternum erroris et redeuntis in se semper certaminis circumtulerunt.
oportuerat humanae infirmitatis modestia omne cognitionis diuinae
sacramentum illis tantum conscientiae suae finibus contineri, quibus
credidit, neque post confessam et iuratam in baptismo fidem in
nomine patris et filii et spiritus sancti quic-
quam aliud uel ambigere uel innouare. sed quorundam aut prae- 2
sumtio aut facultas aut error apostolicae doctrinae indemutabilem
constitutionem partim fraudulenter confessa est et partim audacter
egressa, dum in confessione patris et filii et spiritus sancti ueritatem
naturalis significationis eludit, ne quid maneret in sensu, quod in
regenerationis sacramento est confitendum. ob hoc penes quorundam
conscientiam nec pater pater nec filius filius nec spiritus sanctus
spiritus sanctus est. sub cuius necessitatis tamquam improbabili 3
occasione scribendae atque innouandae fidei exinde usus inoleuit.
qui postquam noua potius coepit condere, quam accepta retinere,
nec ueterata defendit nec innouata firmauit et facta est fides tem-
porum potius quam euangeliorum, dum et secundum annos scribitur
et secundum confessionem baptismi non tenetur. periculosum nobis

8 Matth. 28, 19

1 exspectatio *B p.c.m2, C* 3 episcopo *B a.c.m5* optas (op *in ras. m2*) *C* et *s.l. Bm4* 4 suam (*sc.* fidem) *Eng* deum *Fed* dei *λ Eng* ⟨quae⟩ dei ⟨sunt⟩ *Θ* 6 oportuerat] *add.* enim *Θ* humanae (-ne *G* humanitate *Bad*) infirmitatis (ac *add. Bad*) modestia *C p.c.m2, GΘ* humanitate infirmata (infirmitas *B a.c.* infirmata *B p.c.* infirmitate *JEm2* in- *exp. O*) molestia (-am *BCm1MO* modestia *Em2*) *B, C a.c.m2, π* omnem *B, C p.r.* diuinae cognitionis *E* 7 tantum] tam̄ *J* 8 baptism *B a.c.m4* fidem] *add.* et *B p.c.m4, LW* 9 fili *B* spiritu *C a.c.* 11 facilitas *C p.c.m2, GπΘ* fatuitas *susp. Cou* inde mutabilem *O* in demutationē (bilem *s.l.*) *E* 12 *pr.* partim] partem *B a.c.m?, C a.c.m2* et *om. Cou* *alt.* partim] partem *B* partē *C a.c.m2* 13 fili *B* spiritu *C a.c.* 14 ne quid *G* neque id (*alt.* e *eras. et* id *s.l.*) *C, π Bad* neque ut *B* ne id *Era Lyp Gil Cou* manet *JEm2MO* sensum *B, C a.c.m2* quod] sed *G* 15 confidendum *MO* paenes *B* 16 pater nec (nec *del.*) pater *J* filius nec (nec *del.*) filius *J* 17 *subter* necessitatis tamquam *lineam duxit Cm2, om. G* probabili (im *s.l.*) *B* 18 occasionis *B, C a.c.m3* exinde *exp. Cm2* 19 nouam *B, C a.r.* 20 defendet *B, C a.c.m3* 21 scribitur et] *Bm4 Cm1πΔ* describitur et *Cm2 G Cou* scribturae *Bm1*

ammodum atque etiam miserabile est tot nunc fides exsistere, quot uoluntates, et tot nobis doctrinas esse, quot mores, et tot causas blasphemiarum pullulare, quot uitia sunt, dum aut ita fides scribuntur, ut uolumus, aut ita, ut nolumus, intelleguntur. et cum secundum unum deum et unum dominum et unum baptisma etiam fides una sit, excedimus ab ea fide, quae sola est. et dum plures, ad id coeperunt esse, ne ulla sit.

5. Conscii enim nobis inuicem sumus post Niceni conuentus synodum nihil aliud quam fidem scribi. dum in uerbis pugna est, dum de nouitatibus quaestio est, dum de ambiguis occasio est, dum de auctoribus querella est, dum de studiis certamen est, dum in consensu difficultas est, dum alter alteri anathema esse coepit, prope iam nemo Christi est. incerto enim doctrinarum uento uagamur et aut, dum docemus, perturbamus aut, dum docemur, erramus.
2 iam uero proximi anni fides quid iam de immutatione in se habet? prima, quae 'omousion' decernit taceri; sequens rursum, quae 'omousion' discernit et praedicat; tertia deinceps, quae 'usiam'

5 cf. Eph. 4, 5 9—12 cf. Fulgent. Ferrand. ad Pelagium et Anatolium ep. VI (LXVII 922 M) 13 cf. I Cor. 1, 12 Eph. 4, 14

1 quod *B*, *C a.c.m2* 2 quod *B*, *C a.c.m2* 3 blasfemiarum *G* quod *B*, *C a.c.m2* 4 ut uolumus, aut ita, ut *om. MO* nolumus] uolumus *Δ* cum *s.l.Em2* 5 dominum] *add. per dittographiam* et una fides *α*, (*om. J*, *exp. Em2*) *π* et unā fidē *G* 6 excidimus *LypGil* et *s.l.Bm4* plures (*sc.* coeperunt esse)] plus ei *B a.c.*, *add.* fiunt *Era LypGil Cou* sint (*s.l.m2*) *C*, *Gπ* 7 ceperint *EψlL* ne ulla] nulla *B a.c.m4* 8 simus *CJM*, *W a.c.* si m (o *s.l.*) *O* nicheni *B a.c.* nyceni *Cm2LGπ* 9 synodum (h *s.l.m4*) *B* 10 nouitatibus] uoluntatibus (noui *s.l.*) *E* *alt.* est *s.l.Wm2* 11 quaerella (*pr.* l *eras.*) *C* 12 consensu] *JELCou* (*cf. Ferrandus:* dum de consensu difficultas est) consessu *γGMOW* concessu *Eψ* 14 *pr.* aut dum] ut aut *B a.c.m?* *alt.* dum] cum *L* 15 pximiani *G* in demutatione *ELW* 16 habeat *G* prima quae *Fed* primaque *LWm2* prima namque *JE* primumque *γG* primum quae *LypGilCou* primum namque *MO* primum *Wm1Era* 16 homousion (*lineam duxit s.l.m2*) *G*, *O* omausion (a *ex* o) *M*, ΟΜΟΥϹΙΟΝ *add. in mg. C* discernit *B a.c.m?* rursumq. *B*, *C a.c.m3*, *G* 17 *pr.* quae] q*(ae *s.l.m2*) *C* homousion (*lineam duxit s.l.m2*) *G*, *O* omoeusion *L*, (o *s.* eu *m2*) *W* e † omoeousion adq. (t *s.* d) in ††|n omoeousion († *significat singulas litteras, quae legi nequeunt*) *in mg. Bm4* descerni *B* decernit (is *s. pr.* e) *J* cerni *C a.c.m3* et praedicat] praeiudicat *B* predicat *C a.c.m3* tercia *π* tertiam *γ* terciā *G* tertium *Θ*

simpliciter a patribus praesumtam per indulgentiam excusat; po-
stremum quarta, quae non excusat, sed condemnat. et quo tandem 3
processum est? ut neque penes nos neque penes quemquam ante
nos sanctum exinde aliquid atque inuiolabile perseueret. de simili-
tudine autem dei filii ad deum patrem quodsi miserabilis nostri
temporis fides est, ne non aut ex toto aut tantum ex portione sit
similis, egregii scilicet arbitri caelestium sacramentorum, con-
quisitores inuisibilium mysteriorum professionibus de fide dei ca-
lumniamur. annuas atque menstruas de deo fides decernimus, 4
decretis paenitemur, paenitentes defendimus, defensos anathe-
matizamus aut in nostris aliena aut in alienis nostra damnamus
et, cum mordemus inuicem, iam absumti sumus ab inuicem.

6. Fides deinde quaeritur, quasi fides nulla sit. fides scribenda
est, quasi in corde non sit. regenerati per fidem nunc ad fidem doce-
mur, quasi regeneratio illa sine fide sit. Christum post baptisma di-
scimus, quasi baptisma aliquod esse possit sine Christi fide. emen- 2
damus, quasi in spiritum sanctum peccasse sit uenia. sed impietatis
ipsius hinc uel praecipue causa perpetua est, quod fidem aposto-
licam septuplo proferentes ipsi tamen fidem euangelicam nolumus
confiteri, dum impietates nostras nobis in populis multiloquiis defen-
dimus et magniloquentiae uanitate aures simplicum uerbis fallentibus
inludimus, dum euitamus de domino Christo ea credere, quae de se

12 cf. Gal. 5, 15 17 cf. Matth. 12, 32

1 praesumta *B, C a.c.m2* postremumque (que *del.*) *E* 2 quartamq. *C a.c.m3* quartam *BG* quartum *Θ* 3 est *om. B, C a.c.m2* paenes *B* paenes *B* 4 aliquot *B* aliquod *CJ* atque (*in ras. et* l eque *s.l.*) *E* 5 fili *B* quodsi (si *postea exp. et del.*) *B, Cou* quod *CGπΔ* 6 fides temporis *G* est *sc. quod metuimus* non *om. LW* *pr.* aut *rep. s. l. L* tantum] tm̄ *G* 7 arbitrii *LMO* 9 anniuas *B* 10 paenitemus *Cm2,* (us *in ras.*) *L, Lyp Era Gil Cou* 12 et cum mordemus inuicem] *J,* (cum mordemus *in ras.*) *Em2* et cum morientes mordemus inuicem *MO* et morientes (morientems *B a.c.m?*) mori inuicem *γG* et morientes (*E a.r.?*) inuicem mori *Em1LW* et mordentes (nos *add.* Cou) inuicem *Lyp Gil Cou* absumpti *π* assumti *C a.c.m2* assumpti *G* 13 quasi] quam *B a.c.m4* 14 est *s.l.Cm2* 15 dicimus *G* 17 in spiritu sancto *B, C a.c.m3* ipsius impietatis *G* 18 ipsius hinc] irae *B a.c.m4* 19 septulo *W* speculo (spec *in ras. et* l septuplo *s.l.*) *E, L* ipsis *M* 20 inpietates *B a.c.m?* nobis] *fort.* nouis *sc. multiloquiis* 21 uanitatem *CMO* unitatem *B a.c.m4* simplicium *Gπ* 22 deuitamus *MO* *alt.* de *s.l. J*

docuit credenda, et per speciosum pacis nomen in unitatem perfidiae subrepimus et sub reiciendis nouitatibus rursum ipsi nouis ad deum uocibus rebellamus et sub scripturarum uocabulo non scripta mentimur: uagi, prodigi, impii, dum et manentia demutamus et accepta perdimus et inreligiosa praesumimus.

7. Quod hieme undoso mari obseruari a nauigantibus maxime tutum est, ut naufragio desaeuiente in portum, ex quo soluerant, reuertantur, uel incautis adulescentibus conuenit, ut, cum in tuenda domo sua mores paternae obseruantiae transgressi profusa libertate sua usi sunt, iam sub ipso amittendi patrimonii metu solus illis ad paternam consuetudinem necessarius et tutus recursus sit, ita inter haec fidei naufragia caelestis patrimonii iam paene profligata hereditate tutissimum nobis est primam et solam euangelicam fidem confessam in baptismo intellectamque retinere nec demutare, quod solum acceptum atque auditum habeo, bene credere, non ut ea, quae synodo patrum nostrorum continentur, tamquam inreligiose et impie scripta damnanda sint, sed quia per temeritatem humanam usurpantur ad contradictionem, quod ob hoc sub nomine nouitatis euangelium negaretur, ut periculose tamquam sub emenda-
2 tione innouetur. quod emendatum est, semper proficit, ut, dum omnis emendatio displicet, emendationem omnem emendatio consecuta condemnet, ac si iam, quidquid illud est, non emendatio aliqua sit emendationis, sed coeperit esse damnatio.

2 cf. I Tim. 6, 20 8 cf. Luc. 15, 13 sqq.

1 speciosum (u *ex* a) *J* spacis *O* 2 subripimus *λ exceptis J et T* reicien•dis (*eras. est* s) *C* 3 et *s.l.Bm4* 4 prodii *W* et] ad *MO* deputamus *LW* 6 undoso mari] undę sonari *M* unde somari *O* 7 desaeuiente] de se faciente *B,C a.c.m2* portu *B,C a.c.m2* ex] in *E a.c., LW* 8 induenda *LMOW* 9 domus a moris *B, C a.c.m3* paterne *s.l.G* patriae *B a.c.m4* obseruantia et (*alt.* t *del.*) *B* transgressae *B a.c.m4* profusae *B a.c.m4, E a.c.m2, add.* in *Em2* 10 sua *s.l.Em2, om. LW* usi] *praem.* re *s.l. J* patrimonio *B a.c.m4* 11 sit *Lyp GilCσι* est *λ* 12 iam *s.l.Bm1* praeligata *γG*, (p̄libata *E*) *π* 13 e•uangelicam *C* 14 in baptismo] inuictissimam (ic *del. et* bap *s.l.m2*) *B* in baptisma *C a.c.m2, MO* 15 abeo *B* 16 synhodo *Bm4* synodum *Bm1* inreligiosae *B, C a.r.* religiose *MO* 17 s̄ *G* 18 usurpatur *B a.c.m2* contradictione *B* quod *s.l.Bm5* 19 ut *om. GπΔ* inpericulose *GπΔ* 21 *pr.* emendatio *om. MO* 22 quidquit *B a.c.m2* quicquid *CG*, (quicquic *O*) *π* illut *B* 23 emendationi *B* sed] si *B* ceperit *GJ*

8. In quantum ego nunc beatae religiosaeque uoluntatis uirum
te, domine Constanti imperator, ammiror, fidem tantum secundum
ea, quae scripta sunt, desiderantem — et merito plane ad illa ipsa
unigeniti dei eloquia festinas, ut imperatoriae sollicitudinis capax
pectus etiam diuinorum dictorum conscientia plenum sit; hoc qui
repudiat, antichristus est et, qui simulat, anathema est —, sed unum
hoc ego per hanc dignationis tuae sinceram audientiam rogo, ut
praesente synodo, quae nunc de fide litigat, pauca me de scripturis
euangelicis digneris audire et loquar tecum uerbis domini mei Iesu
Christi, cuius uel exsul sum uel sacerdos. habent enim uasa testea
non ignobiles thesauros et infirmiora corporum magis reuerenda
sunt et apud nos modo deum indocti piscatores loquuti sunt. super
humilem et trementem uerba sua secundum prophetam deus
respicit. fidem, imperator, quaeris: audi eam, non de nouis cartulis, 2
sed de dei libris. scito eam posse etiam in occidente donari, unde
uenientes in regno dei cum Abraham et Isaac et Iacob recumbent.
memento eam non in quaestione philosophiae esse, sed in euangelii
doctrina. non tam mihi autem rogo audientiam, quam tibi atque
ecclesiis dei. ego enim penes me habeo fidem, exteriore non egeo:
quod accepi, teneo nec demuto, quod dei est.

10 cf. II Cor. 4, 7 13 cf. Esai. 66, 2 15 cf. Matth. 8, 11 20 cf. Apoc. 3, 11

1 In quantum = *quantumlibet* uirum *MO* uerum *γJEGLW* uere *Θ* 2 tantum *Cou* tantam *λ* tantam fidem *π* 3 *parentheseos initium indicauit Eng* desiderantem. et *CGπ Bad Era Gil* desiderantem et *B* desiderantem: et *Lyp Cou* ipsa illa *Lm1* 4 festinas] *JEm2* festinans *γEm1GLMOWΔ* quia festinans *Cou* 5 pectus] *add.* id *Bm2* 6 antechristus *B* *parentheseos finem indicauit Eng* est. sed *Θ* unum] num *B a.c.m5* 8 synodo (h *s.* n *m4*) *B* qui *B, C a.c.m3* 9 Iesu *om. B* 10 habet *C a.c.m3* habent enim] habentem (enim *add. m4*) *B* 11 ignobile *MO* 12 et—sunt *rep., sed postea del. B* aput *B a.c.m2* loquti *Cm1* allocuti *Cm3G* 13 dn̄s *π* deus respicit secundum prophetam *MO* 14 audi eam] audiam *B a.c.m?* de *s.l.Cm3* 15 cito *γJLW* eam (ā *in ras. E*) posse etiam *JEMO* et posse etiam *γGLW* et posse eam *Cou* 16 ysac *C a.c.m3* ysaac *Gπ* 17 in quaestionem *B, C a.r.* quaestionem *Cou* phylosophię *JEGLW* philosophi *MO* in euangelii doctrinam *B, C a.r.* euangelii doctrinam *Cou* 18 tam] tn̄ *G* autem] *om. MO,* hanc *G p.c.m2* 19 paenes *B* exteriorem *B, C a.r.* exterior *MO* non nego (e *s.* g *m4*) *B*

9. Sed memento tamen neminem hereticorum esse, qui se nunc non secundum scripturas praedicare ea, quibus blasphemat, mentiatur. hinc enim Marcellus 'uerbum dei' cum legit, nescit. hinc Fotinus 'hominem Iesum Christum' cum loquitur, ignorat. hinc et Sabellius, dum quod e t e g o e t p a t e r u n u m s u m u s non intellegit, sine deo patre et sine deo filio est. hinc et Montanus per insanas feminas
2 suas 'paraclytum alium' defendit. hinc et Manicheus et Marcion legem odit, quia l i t t e r a o c c i d i t et mundi princeps diabolus est. omnes scripturas sine scripturae sensu loquuntur et fidem sine fide praetendunt. scripturae enim non in legendo sunt, sed in intellegendo neque in praeuaricatione sunt, sed in caritate.

10. Audi, rogo, ea, quae de Christo sunt scripta, ne sub ⟨eis⟩ ea, quae non scripta sunt, praedicentur. summitte ad ea, quae de libris loquuturus sum, aures tuas. fidem tuam ad deum erigas. audi,
2 quod proficit ad fidem, ad unitatem, ad aeternitatem. loquuturus tecum sum cum honore regni et fidei tuae omnia ad Orientis et Occidentis pacem proficientia, sub publica conscientia, sub synodo dissidenti, sub lite famosa.

11. Praemitto interim pignus futuri apud te sermonis mei. non aliqua ad scandalum neque, quae extra euangelium sunt, defendam; sed intelleges a me in sacramento 'solius dei ueri' et 'quem misit Iesum Christum', praedicari unum deum patrem, 'ex quo omnia',

3 cf. Apoc. 19, 13. Ioh. 1, 1 4 cf. I Tim. 2, 5 5 Ioh. 10, 30 7 cf. Ioh. 14, 16 8 II Cor. 3, 6 cf. Ioh. 12, 31 21 cf. Ioh. 17, 3 22 cf. I Cor. 8, 6

1 ab (*eras. C*) hereticorum *γ* 3 enim *om. π* marce•llus *W* cum uerbum dei *π* 5 *pr.* et *om. J, exp. BEm2* intelleget *B* 6 est *om. B, C a.c.m2* 7 paraclitum *B p.c.m4, CO* marchion (h *del.*) *B* marcio *L* martion *CO* 8 odiit *B* quia] qua *B* 10 sunt *s.l.Bm4* *alt.* in *s.l. Cm3 J, om. O* 12 *subter* sub *lineam duxit Cm?*, sub *om. G* eis] *add. Cou, om. λ* ea] e *C a.c.m3* 14 sum] um *C a.c.m2* 15 quod *s.l.Cm1* profici *C a.c.m3* 16 cum *s.l.Bm4* 17 proficientia] profutura *Δ* *pr.* sub] si *Gm1* sub publica] supplica *B, C a.c.m2* consciā *G* synodo (h *s.l.m4*) *B* 19 praemitto *Lyp Gil Cou* praetermitto *λBadEra* aput *Ba.c.m2* 20 euangilium *C a.c.m2* 21 intellegens *B* intellige•s *C* ueri] uiui *G* misit] *add.* in *Bm1CGMO, W a.r.* 22 ihm̄ *s.l.Bm4* patrem deum *G*

et unum dominum Iesum Christum, 'per quem omnia', natum ex deo, qui est 'ante tempora aeterna' et erat 'in principio apud deum', deus 'uerbum', *qui est imago dei inuisibilis*, in *quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*, *qui, cum in forma dei esset*, humilians se salutis nostrae causa 'formam serui' ex conceptu spiritus sancti de uirgine accepit, *factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis* et post resurrectionem mortis deinde 'in caelestibus' sedens aderit 'iudex uiuorum et mortuorum' et 'rex' omnium aeternorum 'saeculorum'. est enim 'unigenitus' deus et 'deus uerus' et 'deus magnus', 'super omnia deus' et *omnis lingua confitebitur, quia dominus Iesus Christus in gloria dei patris est*. haec ego 2
in spiritu sancto ita credidi, ut ultra hanc de domino Iesu Christo fidem non possim doceri, non per haec adimens patrum fidei religionem, sed secundum regenerationis meae symbolum et doctrinae euangelicae scientiam ab ea iuxta ista non dissonans.

2 cf. II Tim. 1, 9 cf. Ioh. 1, 1 3 Col. 1, 15 Col. 2, 9 5 Phil. 2, 6 cf. Phil. 2, 6 sq. 7 Phil. 2, 8 9 cf. Eph. 1, 20 Act. 10, 42 10 cf. Apoc. 15, 3 cf. Ioh. 1, 18 11 cf. I Ioh. 5, 20 cf. Ps. 76, 14 et Tit. 2, 13 cf. Rom. 9, 5 12 Phil. 2, 11

1 et unum dn̄m ihm̄ xpm̄ per quem omnia *om. B, sed. add. s.l.m4* 2 ante (an *in ras. m3*) *C* aput *B a.c.m2* 3 dei *s.l.Cm1* 4 habitet *EW* ac coepit *C a.c.m3* 11 *alt.* et *s.l.Bm4* magnus] *add.* et *Cou* 12 et *s.l.Bm4* 13 xp̄s *eras. W, om. L* est dei patris *Gπ* quia xp̄s ds̄ ē *in mg. Bm3* g̊ *GL* 15 religione *B, C a.c.m2* 16 sed *s.l.Cm2* simbolum *CJMO* 17 ab ea] habeam *L* habeā *W* •abea• *E* EXPL̄. SC̄I HILARI EP̄SI ET CONF̄ AD CONSTANTIV̄ LIB̄. II. *B* EXPLICIT SC̄I HILARII EP̄I ET C̄FESSORIS AD CONSTANTIVM LIBER. II. *C* explicit liber II (scd̄s *E*) sc̄i (sc̄i *om. EW*) hylarii ad constantium *JEW* epl̄a lib̄. II s. hylarii ad constantinū *O* explicit *G, subscriptionem om. LM*

IV.
HYMNI.

INDEX NOTARUM

(ad hymnos ex 'Libro hymnorum').

A = cod. Aretinus VI 3 s. XI.

Gam = ed. I. F. Gamurrini (Biblioteca dell'Academia storico-giuridica IV [1887] 28—30).

Dre = ed. G. M. Dreves (Analecta hymnica L [1907] 3—9).

Mas = ed. A. I. Mason (The Journal of Theological Studies V [1904] 414—418).

Mey = ed. Guil. Meyer (Nachrichten von der K. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Phil.-hist. Kl. 1909, 400—417).

notas alias u. p. 2.

A.

EX LIBRO HYMNORUM
SANCTI HILARII QUAE RESTANT.

Felix propheta Dauid primus organi
in carne Christum ymnis mundo nuntians.

I.

De Christo deo.

Ante saecula qui manes
semperque nate, semper ut est pater! —
namque te sine quomodo
dici, ni pater est, quod pater sit, potest? —

Bis nobis genite deus,
Christe! dum innato nasceris a deo
uel dum corporeum et deum
mundo te genuit uirgo puerpera:

Credens te populus rogat,
hymnorum resonas mitis ut audias
uoces, quas tibi concinit
aetas omnigena, sancte, gregis tui.

Dum te fida rogat, sibi
clemens ut maneas, plebs tui nominis
in te innascibilem deum
orat, quod maneat alter in altero.

1 cf. Hilar. in ps. 54, 2 etc. 3 sq. cf. Hilar. de trin. VII 31 16 cf. ib. VIII 4

Ad titulum cf. inscriptionem codicis A, quae insequitur subscriptionem supra p. 38 indicatam: Incipiunt hymni eiusdem (*sequuntur prooemii instar duo uersus* Felix—nuntians), *et Hieron. de uiris inl. 100:* liber hymnorum; *numeros I. II. III pos. Fed. de forma metrica et de argumento hymnorum u. Mey l. c. et Studien III 82 sqq.* 1 manes *MasMey* manens *AGam Dre* 2 *uersus ex priore senarii iambici et posteriore Asclepiadei dodecasyllabi parte constat* *i. e. ut pater semper pater est* 5 deus Christe *Mey* 6 *cf. u. 2* *lege* Christé in nato *A* nascens *Gam* 10 resonas (= *alternantibus choris*)] *Mey* resonans *AGam Dre Mas* 12 sancte *Dre Mas Mey* scę̄ *A* sancti *Gam* 16 orat = *adorat; cf. de syn. 65:* oratus a me dominus

Extra quam capere potest
mens humana, manet filius in patre;
rursum, quem penes sit pater,
dignus, qui genitus est filius in deum.

Felix, qui potuit fide
res tantas penitus credulus assequi,
ut incorporeo ex deo
perfectus fuerit progenitus dei.

Grande loquimur et deum
uerum: ut genitor, quicquid inest sibi,
aeternae decus gloriae
totum in unigenam ediderit deum,

Hinc unus merito bonus
ipsum, quod deus est, extra inuidiam sui
gigni uellet in alterum
| transformans se, ut est, uiuam in imaginem. *f. 14v*

Istis uera patet dei
uirtus: cum dederit omnia, non tamen
ipsis, quae dederit, caret
cuncta, quae sua sunt, cum dederit, habens.

Kara progenies dei,
connatum cui sit omne decus patris!
nil natae eguit dari,
sed natum simul est, quicquid erat dei.

24 cf. Hilar. de trin. II 22. III 4 30 cf. ib. III 3. IV 8. IX 31. X 19. XI 4 32 cf. ib. II 8. VI 12 cf. ib. XI 5 36 cf. ib. III 4. VI 12 38 cf. ib. V 11 39 cf. ib. II 25

20 *cf. u. 28. 31. 50* *lege* genitust; est genitus *uel* genitus't *Mey* 24 profectus fuerit primogenitus *Gam* dei] *A Gam Dre Mas* deus *Mey* 26 uerum: ut *Mey* uerum, ut *Gam* uerum ut *Dre* 28 unigenitum *Gam Dre, sed cf. u. 44* 29 bonus ipsum *Mas* bonus, ipsum *Gam Dre* bonus, ipsum (= *se*) quod deus [est] extra *Mey, qui reicit ad u. 50* 30 *lege* deust 31 in *om. Gam* 38 connatum *Mey* cognatum *AGamDreMas; cf. infra hymn. II 28 et de trin. V 11:* natura auctoris in filii natiuitate connascitur 39 natae (*sc. progeniei*) *Mas Mey* nate *A* nato *Gam* naturae *Dre*

Lumen fulsit a lumine
deusque uerus substitit ex deo
uero, non aliud habens
ortus unigena, quam innascibilis pater.

Mirum hoc opus est dei,
aeternus ut incorruptibilis deus,
ortu qui careat, quia
sit sempiterna uirtus, quod est deus,

Non natis, quibus est in bonis,
ex sese placidus gigneret in deum;
ac sic in unigena deo
hoc ipsud ortu, quod genitum est, caret.

O felix duum unitas!
alterque cum sit mixtus in altero,
unum sic faciunt duo,
sit in duobus cum, quod est in altero.

Paret sed genitus patri
omnemque ad nutum attonitus manet;
et scire non est arduum,
quid uelit se sequi, ⟨quem⟩ penes est pater.

41 sq. cf. symbolum Nicaen. 43 cf. Hilar. de trin. III 4 49 cf. Hilar. de trin. III 3. IX 31. XI 4 59 cf. Hilar. in ps. 118 Lamed 13

42 *cf. u. 2* subsistit *Gam* 44 ortu *susp. Eng* ortus quam unigena *susp. propter metrum Mey* unigena *aequiualet tribus syllabis:* unig^{e}na 45 hoc opus est dei *Dre* dei hoc opus est *AGamMas* dei hoc ést opus *Mey* 48 *cf. u. 2* ⟨id⟩ quod *susp. Mey* deus, Non *Dre* deus. Non *Gam* 49 *sc. non natis, in quibus est, bonis* *lege* quibust in *del. Ma. Mey* 50 se se *Gam Mey, qui reicit ad u. 30* 51 = *dimeter iambicus; lege* unig^{e}na in unigena] *AGamDre* unigena in *MasMey* 52 *cf. u. 2* 54 *cf. u. 2* alterque *Mey* alter quę *A* alter qui *GamMas* alter quod *Dre* 55 duo *rep. in mg. A* 56 = *senar.* cum in duobus sit *Mey* est quod *Dre* 57 patri sed genitus paret *Gam Dre Mas* 58 *cf. u. 2* 59 = *dimeter iambicus* 60 se sequi, ⟨quem⟩ penes *Dre* se se qui penes *AGamMas; cf. u. 19:* quem penes sit

Quanta est genitus in bona!
nam constitutus in cunctorum exordia
condensque primum saecula
aeternum in motum tempora protulit.

Rebus anterior deus
cunctis — nam per eum omnia facta sunt —,
esset cum nihilum modo,
mundum corporeo condidit in statu.

Sed nos littera non sinit,
per quam te genitum concinimus deum,
gesta, quae tua sunt, loqui
carnemque natum, iam qui eras deus.

Te cunctis dominum modis
caelorum regem et caelestis gloriae,
ut cuncta per te condita|
* * * * * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * *

De resurrectione Christi.

II.

* *
* *

|Fefellit saeuam uerbum factum te caro f. 15r
deique tota uiui in corpus irruis.

62 cf. Prou. 8, 22 66 cf. Ioh. 1, 3 72 cf. Ioh. 1, 14 11 cf. Ioh. 1, 14

61 quanta in est genitus bona *susp. Mey* 62 = *senar.* exordio *Mas* 63 = *dimeter iambicus* condens, qui *Gam Dre Mas* 64 *cf. u. 2* 72 *cf. u. 2* carnemque *uel* carne inque *Mey* carmenque *A Gam Dre Mas* qui iam eras deus *mauult Mey* 74 = *senar.* 75 = *dimeter iambicus* 76 sqq. *hymnus cum sit abecedarius, desiderantur in A 17 uersus; Mey suppl. u. 76 ita:* concinunt angeli *uel* alio carmine concinemus *Initium hymni II abecedarii in A non exstat* 11 te (*sc. mortem*)] et *Gam Dre*

Gaudes, pendentem cernis ligno cum crucis,
tibique membra fixa clauis uindicas.

Hanc sumis ante pompam tanti proelii:
sputus, flagella, ictus, cassa harundinis.

Ibat triumpho morte absumpta, Mors, tua
deus inferno uinci regno nesciens.

Kandens frigescit stagnum pallidae Stygis
rigensque nescit Flegethon se feruere.

Lux orta uastae nocti splendet inferum;
tremit et alti custos saeuus Tartari.

Mors, te peremtam sentis lege cum tua,
deum cum cernis subdedisse te tibi.

Non est caducum corpus istud, quod tenes,
nullumque in illo ius habet corruptio.

Omnis te uincit carnis nostrae infirmitas;
natura carnis est connata cum deo.

Per hanc in altos scandam laeta cum meo
caelos resurgens glorioso corpore.

16 Hilar. in Matth. 33, 3 17 cf. 1 Cor. 15, 54 23 cf. Rom. 7, 6. 8, 2

13 gaudes *Gam Mey* gaudens *A Mas* cernis *Dre Mas Mey* carnis *A* carnem *Gam; cf. infra u. 24 et 46 et hymn. III 19. 25* 14 tibi quē (que *s.l.m2*) *A* 15 ante *i. e. ante mortem in cruce subitam* prẹlii *A* proelii: sputus *Dre* prẹlii sputus *Mey* 16 hictus *A* cassa] *A Gam Dre Mas* (*cf. Iulius Surinus 2, 47* lignorum cassa *et 52, 59* palearum cassa) quassae *Mey* (*cf. Matth. 12, 20* arundinem quassatam) 17 morte absumpta, Mors, tua *Mey* mortem sumpta mortuo *A* morte sumpta *uel* absumpta a mortuo *Dre* morte sumpto a mortua *Mas; cf. u. 23 et 37* 19 pallidae Stygis *Dre Mey* pallida ē in gis *A* pallida *Gam* 20 Phlegeton *Dre* 21 nocti *Dre Mey* noctis *A Gam Mas* splendet inferum; *Mey* splendet, inferum *Gam Dre Mas* 22 tremit *Mas Mey* tremet *A Gam Dre* 23 cum] tū *s.l. A* 24 te (*s.l. A*) tibi (*sc. mortem morti*) *A Mas Mey* se tibi *Gam* 27 *sc. omnis nostrae carnis*

Quantis fidelis spebus Christum credidi,
in se qui natus me per carnem suscipit!

Renata sum — o uitae laetae exordia! —
nouisque uiuo Christiana legibus.

Sanctis perenne munus praestat hoc dei,
conformi secum uiuant post haec corpore.

Terror recedat mortis tandem, Mors, tuae;
sinu me laetam patriarcha suscipit.

Uiuam locata post haec in caelestibus,
dei sedere carnem certa a dexteris.

Xriste, reuersus caelos uictor in tuos
memento carnis, in qua natus es, meae.

Ymnos perennes | angelorum cum choris f. 15v
in hoc resurgens laeta psallam corpore.

Zelauit olim me in morte satanas:
regnantem cernat tecum totis saeculis.

De tentationibus Christi.

III.

Adae carnis gloriosa et caduci corporis
in caelesti rursum Adam concinamus proelia,
per quae primum satanas est Adam uictus in nouo.

33 cf. Ioh. 3, 3. 5. Hilar. in ps. 2, 41. 64, 15 36 cf. Phil. 3, 21 38 sq. cf. Hilar. in ps. 120, 16 1 sqq. cf. Uenant. Fortunat. hymn. *Pange lingua* MGh, Auct. ant. IV 1 p. 27 2 cf. Hilar. in ps. 122, 3

32 insequi *A* suscipit *Mas Mey* suscepit *A Gam Dre* 33 sumo *susp. Mey* lętę *ex* lęta *A* laeta *Gam* nouis quae *Gam* 35 phenne *A* 36 corpore *Gam* corpora *A* 37 mortis] sortis *Mas* 38 lętam *ex* lectam *A*, lętã *add. in mg.* 40 dextris *A* 43 phennes *A* 45 zelabit *Mey* 46 saec.] *add.* FINIT Item alius *A* 1 cernis *Gam* cernuata *Mas* gloriosa *Mey* gloriam *A Gam Dre* gloria *Mas*, *fort.:* gloriosae *sc. in* paradisi gloria (*Hilar. in Matth. 3, 5*) 2 concinnamus *A*, *corr. Gam*

Hostis fallax saeculorum et dirae mortis artifex
iam consiliis toto in orbe uiperinis consitis
ad salutem nil restare spei humanae existimat.

Gaudet aris, gaudet templis, gaudet sanie uictimae;
gaudet falsis, gaudet stupris, gaudet belli sanguine;
gaudet caeli conditorem ignorari gentibus.

Inter tanta dum exultat nostrae cladis funera,
deo audit in excelsis nuntiari gloriam
et in terra pacem hominum uoluntatis optimae.

Terret coetus angelorum laetus ista praedicans;
terret Christum terris natum nuntians pastoribus,
magnum populis hinc futurum desperatis gaudium.

Errat partes in diuersas tantis rebus anxius;
quaerit audax, ecquis hic sit tali dignus nuntio,
nihil ultra, quam commune est, terris ortum contuens.

Cernit tamen is, quod Iohannes in desertis praedicet
aquis mersans in Iordanis cunctis poenitentiam,
quam sequatur confessorum criminum remissio.

Inter turbas, quae frequentes mergebantur, accipit
uocem e caelo praedicantem: meus est hic filius;
hunc audite! hic dilectus, in quo mihi complacet.

4 cf. Hilar. in Matth. 3, 3   11 cf. Luc. 2, 14   14 cf. Luc. 2, 10   16 sqq. cf. Hilar. in Matth. 3, 1. 4, 14   23 cf. II Petr. 1, 17. Matth. 17, 5. 3, 17. Luc. 9, 35

6 ad salutem nil *Mey* nichil (nil *Dre*) ad salutem *A Gam Dre Mas*   restare *Brandes* (*Rhein. Mus. LXIV 89*) *Mey* prestare *A Gam Dre Mas*   spem humanam *Dre; cf. Hilar. in Matth. 16, 5:* nihil spei tribuit ad salutem   7 sanię *A*   8 strupris *A*   9 ignorare *Am1*   gentibus] *praem.* a *Gam*   17 *cf. u. 29*   ecquis *Mey* et quis *A Gam Dre Mas*   est terris, ortum *susp. Eng*   19 is, quod *susp. Mey* his quod *A* his (*sc. desertis*) quod *GamDreMas*   21 confessorum *sensu passiuo; cf. Hilar. in ps. 76, 6 p. 273:* confessorum peccatorum *et in ps. 58, 4 p. 183:* confessi peccati   22 frequenter *Gam Dre*   24 hanc (u *s.l.m2*) *A*   hic] hinc *A*

Cernit hominem, cernit corpus, quod Adae perlexerat;
nihil ultra uox honoris afferebat desuper;
scit terrenam subiacere mortis legi originem.

Ad temptandum multas artes priscae fraudis commouet;
quaerit audax tempus, quod sit . . . .
. . . .

. . . .
. . . .

25 cf. Hilar. in Matth. 3, 1. 5 28 cf. ib. 3, 5

25 Adae, quod *Mey* perlexerat *Mey* perlex erat *AGam; cf. Hilar. in Matth. 3, 1 et 5:* Adam enim pellexerat — cibo Adam pellexerat — quem neque cibo pellexerat 28 fraudes *A* 29 qđ *A* quid *Gam Dre Mas* sit] fraudi suae commodum *suppl. Mey*

B.
HYMNUS DUBIUS.

HYMNUS DE CHRISTO.

Hymnum dicat turba fratrum, hymnum cantus personet;
Christo regi concinentes laudem demus debitam.

T = cod. Taurinensis F. IV. 1 s. VII.
A = cod. Ambrosianus C. 5 inf. s. VII.
S = cod. Sangallensis 2 s. VIII.
G = cod. Gothanus I. 75 s. VIII.
C = cod. Cantabrigiensis Ll. I. 10 s. IX in.
L = cod. Sangallensis 577 s. IX/X.
D = cod. Dublinensis Coll. S. Trinitatis E. 4. 2 s. XI.
F = cod. Dublinensis Conuentus Franciscan. s. XI/XII.
P = cod. Parisinus 9488 s. XI.
X = cod. Bruxellensis 3132 (207—208) s. XIII.
Cas = ed. Cassander (Opera omnia, Parisiis 1616, 186—188).
Mey = ed. G. Meyer (Nachrichten von der K. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Phil.-hist. Kl. 1903, 189—196).
Blu = ed. Cl. Blume (Analecta hymnica LI [1908] 264 sq.).
notas alias u. p. 2.

1 sq. cf. Beda de re metrica 23

YMNUM SANCTI HILARI DE CHRISTO *A* YMNUS S̄CI HILARII E̅PI PICTAV̄ *L* ymnus editus a sancto elario pictau. episcopo *G* hymnus sancti hilarii quem misit filiae suae *X* ymnum super euangelium christi *C*, *titulum om. TSDFP; in cod. Sangallensi 567 s. VIII scribitur post uitam Hilarii:* incipit ymnus eiusdem omni tempore: ymnum dicat turba fratrum, ymnum cantus personet; *sed hymnus ipse non exhibetur* 1—4 *desunt in P* *pr.* hymnum] ymnum *ACDF* himnum *S* ynum *T* fr. . . *A* *alt.* hymnum] ymnum *TACDF* himnum *S* personat *C* person . . *A* 2 Christum regem *LX* rege *S* concinentes] *TGLDFX Beda Cas Mey* (*cf. u. 65. 69* concinamus) concinnantes *CBlu* concinantes *S* concinnent . . (a *s.* e) *A* laudem—debitam] laud . . . . *A* laudes demus debitas (debita *S*) *SG Beda Cas*

Tu dei de corde uerbum, tu uia, tu ueritas,
Iesse uirga tu uocaris, te leonem legimus.

Dextra patris, mons et agnus, angularis tu lapis,
sponsus idem uel columba, flamma, pastor, ianua.

In profetis inueniris nostro natus saeculo,
ante saecla tu fuisti factor primi saeculi.

Factor caeli, terrae factor, congregator tu maris
omniumque tu creator, quae pater nasci iubet.

Uirginis receptus membris Gabrielis nuntio
crescit aluus prole sancta, nos monemur credere

Rem nouam nec ante uisam, uirginem puerperam.
tunc magi stellam secuti primi adorant paruulum,

3 cf. Ioh. 1, 1 etc. cf. Ioh. 14, 6 4 cf. Esai. 11, 1 cf. Apoc. 5, 5 5 cf. Ex. 15, 6 etc. cf. Esai. 2, 2 cf. Ioh. 1, 29 etc. cf. Esai. 28, 16 6 cf. Ps. 18, 6. Matth. 25, 6 etc. cf. Cant. 2, 10. 14. 5, 2. 6, 8. cf. Ex. 13, 21 cf. Ioh. 10, 9. 11 9 cf. Beda de re metrica 23 et Rhabani (?) hymn. *Lumen clarum* 7 (Poetae aeui Carol. II 246) cf. Gen. 1, 9 11 cf. Luc. 1, 26 sqq. 14 cf. Matth. 2, 1 sqq.

3 tu d . . d . co . de . . . bum *T* tu dei decor te uerbum *G* de—ueritas] d . . . . . tu . . . . . *A* uerbo *S* 4 *totus uersus periit in A* ies . . . . te *T* leonum *T* legemus *T* 5—72 *desunt in G* 5—8 *in T non nisi haec seruata sunt:* . . . . . | et agnus angula . . . . . | ba flamma past . . . . . | res nostro natus . . . . . | factor çeļ primi seculi 5 dextera (e *alt. eras.*) *C*, *D* dxtra *Pm1* 6 spo . . . . . columba *P* uel] ėl *DF* columna *C* 7 prophetis *CLFX* inuenimus *S* inueneris *L a. c.*, *C* nr̄m natū saeculū *S* nostra *P* natos (u *s.* o) *L* saecula *P* 8 sęcula (u *exp.*) *L* saecula (u *ex parte eras.*) *C* secula *SFX Cas* sc̄la *D* tu . . . factor primi . . . . . | *P* saeculi] saecula *C a. c.* 9 factor çeļ primi *T* caeli et terrae *DF* tere | tę *T* 10 *uersus est eras. in L* o . . . umque *P* omniaquę tu creasti *S* c . . ator *P* quae] quem *X* pater] pateit *T a. c.* paseit *T p. c.* 11 uirgenis *S* •irginis (u *s. l.*) *L* receptis *S* gabrihelis *A* gabriheli *C* gabrihele *EL* gabriele *PX* garaelis *T* nun | at *T* ncius (u *s.* nc) *S* 12 . . escit *A* c•rescit *L* aluus] albus *D* nos] . . . *A* munemur *T* . . nemur *A* 13 rem—puerperam] . . . . uisam . . . am *A* •em (r *s l.*) *L* uissam *F* 14—16 *praeter* ti *in* secuti *omnia perierunt in A* stelam *T* . . . am *F* paruolum *S* paruum *P*

Offerentes tus et aurum digna regi munera.
mox Herodi nuntiatum; inuidens potentiae

Tum iubet paruos necari, turbam fecit martyrum.
fertur infans occulendus, Nili flumen quo fluit.

Qui refertur post Herodem nutriendus Nazareth.
multa paruus, multa adultus signa fecit caelitus,

Quae latent et quae leguntur coram multis testibus,
praedicans caeleste regnum dicta factis adprobat.

Debiles facit uigere, caecos luce inluminat,
uerbis purgat leprae morbum, mortuos resuscitat.

[Uinum quod deerat hydriis, mutari aquam iubet
nuptiis mero retentis propinando poculo].

16—19 cf. Matth. 2, 13 sqq. 23 cf. Luc. 7, 21 sq. 24 cf. Beda de arte metrica 23 25 cf. Ioh. 2, 3 sqq.

15 offerantes *T* offerunt (*add.* ei *m2*) *C* thus *S*, (h *del.*) *L*, *FXCas* et *eras.* *C* regis *S* munerae *C* 16 herode *C* herodes *LX* erodii *D* nuntiatum] nuntiato *T* nuntiat . . *P*, *add.* est *C* ***X* inuidit *T* inuidus *LX* potenciã *L* potentiam *C* potentia *F* 17 tunc *SLPX* paruos (o *in ras.* *m2*) *C* paruulos *PX* necare *LPXCas* negare *S* turba *S* martirum *TAD* 18 oclendus *T* oculendus *C a. c.*, *D* oculents (u *s.* s) *S* occidendus *Cas* nilo *S* quod *TS* fluis *S* 19 reuertur *C* herode *S* erodem *D* nazareht *Lm1* natzareth *C* 20 par . . . . | feci . . . . *P* multatultus *S* celidus *S* 21 ladent *T* lecuntur *P* 22 celestẽ *S* approbat *LDFX* aprobat *T* adprobatum *C* 23 fecit *ALXCas* uigere (i *in ras.* *m2*) *L* figere *C* firmos *S* illuminat *LDFX* inlu . . . . . *T* inluminans *S* 24 uerbis purgat] . . . . . rgat *T* uerbo *S* purgat (rga *in ras.*) *L* morbos *CLX Beda* mormum *T* resuscitat] . . . . . *T* resuscetat *S* rẽ | *P* 25—26 *uersus interpolatos esse putant Atkinson alii* 25 erat *C* hydriis] *SCas*, (h *eras.*) *L* hidriis *P* idriis *X* hidris *TF* idris *AD* ydris *C a. c.* ydriis *C p. c.* mutari *Cas* motari *ADP* mutare *Cm2LX* motare *SC* motuari *F* mutari—iubet] . . . . *T* aqua *Cas* 26 nuptis *TACm1P* mero redentis *S* mero reddentis *P* merroretantis (a *ex* e) *T* mero (e *eras.* *L*) retinctis *LX* merore tentis *C Cas* retentis . . . . . o populo *A* propinando poculo] . . . . *T* propinnando *DP* propinendum (e *eras.* *ex* a *in ras.*) *C* propinato *Cas* puinato *S* populo *ASCLPX Cas* *Mey susp.*: Uinum quód deerát hydríis immutari aquam iubet Nuptiis mero retentis (errore tentis?) propinando poculo

Pane quino, pisce bino quinque pascit milia
et refert fragmenta cenae ter quaternis corbibus;

Turba ex omni discumbente iugem laudem pertulit.
duodecim uiros probauit, per quos uita discitur.

Ex quis unus inuenitur, Christi Iudas traditor;
instruuntur missi ab Anna proditoris osculo.

Innocens captus tenetur nec repugnans ducitur,
sistitur, falsis grassatur offerendus Pontio.

Discutit obiecta praeses, nullum crimen inuenit.
sed cum turbae Iudeorum pro salute Caesaris

Dicerent Christum necandum, turbis sanctus traditur,
impiis uerbis grauatur, sputa, flagra sustinet.

27 cf. Luc. 9, 13 sqq. Ioh. 6, 9 sqq. 28 cf. Hincmar. Rem. de una et non trina deitate 12 30 cf. Luc. 6, 13 31 cf. Luc. 6, 16 32 cf. Matth. 26, 49. Marc. 14, 45. Luc. 22, 47 33—42 cf. Matth. 26, 50 sqq. etc.

27 pane—milia] . . . . . ce bino . . . . . lia *A* pane c(?)ino *T* panes quinos *S* pisces binos *S* pino *P* pauit *S* 28 *totus uersus periit in A* reffert *C* refertur *SB* fefert *D* et refectis *Cas* fracmenta *T* fragmentę *S* fragment . *P* quatternis *S* caternis *TDP* coruibus *DX* curbibus *T* corbibis (u *s. l.*) *C* coffinos *S* 29 ex] hęc *S* oñis *S* discumbentis *S* discumbenti *C Cas* iuge *LX* ptullit *S* 30 dudecim *T* XII *in ras. X* uir . . *P* prouauit *T* adprobauit *S* prouit *Pm1* 31 ex quibus *TASCLPX Cas* inuenetur *T* Iuda *TAm1CPm1* traditur *AS*, *C a. c. m2* iudas xp̄o traditur *S* 32 instruentur *TAm2* instruntur *Am1Pm1* misi *ACm1DFP* misabnna *T* . . na *P* annę *S* proditores (i *s.* e) *T* per proditoris osculum *S* 33 captos (u *s.* o) *S* 34 falsis (= *falsis testibus; cf. Matth. 26, 59 sq. Marc. 14, 56 sq.*)] falsus *S* fals . . *P* crassatur *S* grasatur *AFP* grasator *T* grauatur *LX*, *Cas in mg.* offerentes *A* poncio *S* 35—36 *desunt in cod. A, qui add. notam* d̄ˢ 35 discudit *T* obiecta *T* abiecta *C* obiecta . . . . . . crimen *P* pręsis *TS* cremen *T*, *C a. c.*, *D* 36 cum] clamat *S* turbe (e *in ras.*) *C*, *FLX* turba *TS Mey Blu* tur . . . . pro *P* iudaeorum *CL* cesaris *CD* cessaris *TSP* 37 di . . . . . . *P* negandum *TACLPX Cas* negatum *S* traditor *T* 38 impis *T*, *C a. c.*, *P* grassatur *CD Blu* grasator *T* grasatur *AFP* spota *S* fag|ra *T*

Scandere crucem iubetur innocens pro noxiis,
morte carnis, quam gerebat, mortem uincit omnium.

Tum deum clamore magno patrem pendens inuocat;
mors secuta membra Christi laxat stricta uincula.

Uela templi scissa pandunt, nox obscurat saeculum;
excitantur de sepulchris dudum clausa corpora.

Adfuit Ioseph beatus, corpus mirra perlitum
linteo rudi ligatum cum dolore condidit.

Milites seruare corpus Annas princeps praecipit,
ut uideret, si probaret Christus, quod spoponderat.

Angelum dei trementes ueste amictum candida,
quo candore claritatis uellus uicit sericum,

43 cf. Matth. 27, 51 sq. Marc. 15, 38. Luc. 23, 45 45 cf. Matth. 27, 57—59. Marc. 15, 43—46. Luc. 23, 50—53. Ioh. 19, 38—40 47 cf. Matth. 27, 66 49 cf. Matth. 28, 1 sqq. Marc. 16, 1 sqq. Luc. 24, 1 sqq.

39 . . . . . . cem *P* ascendere *S* pro noxis *A*, *C a. c.*, *P* proxis *T* 40 morte] *eras. A* mortem *X*, *praem.* moritur *S* ierebat *S* cerebat *T* . . . bat *P* uicit *TASLDFX* 41 tum—patrem] . . . . . trem *A* dum *TS* . . . *P* dñi clamorē *S* inuocans *X* 42 mors] . . . . *A* . ecuta *A* laxat stricta] . . . . . . *A* *post u. 42 add.* regna XPC uictor ingens. uastat infernalium *L* 43 uelum *S* . . . . *P* scisa *TAD* scissum est *S* pendunt *TAP* pendent *Lm2X Cas Mey* pendens *C* pendit *S* obscura *S* 44 excidentur *T* sepulcris *TD* tudum *S* du . . . clau . . corpora *T* 45—46 *om. S* affuit *DFLX* et fuit *T* mi . . . *T* myrra *Cas* myrrae *C* perlitum] . . . . . *T* 46 lintheo *CDF* . . . teo *T* rude *C* rodi *T* condidit] . . . . . *T* 47 milites] . . . . . *T* . . lites *P* seruare (re *in ras. m2*) *L* anna *TALPX* arua *C* princeps praecipit] . . . . . *T* princeps *om. F* praecepit *SLm1D* 48 ut uideret] . . . . . *T* uiderit *C* si *ex* se *L* probaret (ret *in ras.*) *L* probarit *C* prouar *T* quae *Cas* sposponderat (*pr.* o *in ras. m2*) *C* spoponderet *D* sponderat *S* sp . . . . *T* 49—52 *Mey habet hunc ordinem: 51. 52. 49. 50; sed cf. Matth. 28, 2 sqq.:* angelus enim domini—accedens reuoluit lapidem—prae timore autem eius exterriti sunt custodes 49 angelum dei] . . . . . *T* . . gelum *P* angeli *C* trementes (s *in ras. m2*) *L* timentis *S* trementes *est nominatiuus absolutus pro ablat. abs.; cf. u. 11 et u. 58:* amicti *T*, *A a. c.*, *C p. c.* amicta *L a. c. m2*, *C a. c.* amicum *Pm1* 50 qua *C* qui (i *in ras. m2*) *L*, *X* quae *Mey* claritatus *T p. c.* uelus *T* uelud *C* uincit *TP* siricum *TAS*, *C a. c. m?*, *P*

Demouet saxum sepulchro, surgit Christus integer;
haec uidet Iudea mendax, haec negat, cum uiderit.

Feminae primum monentur saluatorem uiuere;
quas salutat ipse mestas, conplet tristes gaudio.

Seque a mortuis paterna suscitatum dextera
tertia die redisse nuntiat apostolis.

Mox uidetur a beatis, quos probauit, fratribus;
quod redisset, ambigentes intrat clausis ianuis.

Dat docens praecepta legis, dat diuinum spiritum,
spiritum dei perfectum, trinitatis uinculum.

Praecipit totum per orbem baptizari credulos
nomen patris inuocantes, confitentes filium.

Mystica fide reuelat tinctos sancto spiritu,
fonte tinctos, innouatos, filios factos dei.

55 cf. Matth. 28, 10. Marc. 16, 7. Act. 2. 32 57 cf. Luc. 24, 36 sqq. Ioh. 20, 19 etc. 59 cf. Ioh. 20, 22 60 cf. Hincmar. Rem. de una et non trina deitate 1 61 cf. Matth. 28, 19. Marc. 16, 15 62 cf. Ioh. 3, 5. Rom. 8, 14 etc.

51 demouit *ASCDF* demuit *T* . . mouit *P* sepulcro *D* sepulcrum *T* sepulchri *S* surgens *TACDFP Mey* intiger *A, C a. c. m?, DFP* 52 uidet *Mey* uidit *codd. et edd. celt.* iudas (s *ex parte eras.*) *S* mentax *D* negauit *S* uideret *TASLm1P* uiderat *F* uider . . *P* 53 . . . ine *P* f . . . . . rimum *A* monent . . *A* monenter *T* monentem *C* munentur *P* saluatorem] . . . . . *A* saluato rem *S* 54 *totus uersus periit in A* qua *TC* ipse] . . . . *P* mestas (a *ex* e) *T, SC* conplens *S* tristis *CLm1* gaudium *L a. c.* 55 s . . . *P* seque a mortuis] seque et suos stratus *S* suscidatum *T* suscetatur *S* suscitauit *X* 56 reddisse *S* redise *D* rediisse *F* redisset *C* nuncians *S* nuntians *C* 57 uidedur *T* audetur *C* a beatis] habiatis *T* probrauit *T* 58 quos *SLX* redisse *CLX* ambigentem (tem *in ras. m2*) *C* intret *TD* causis (l *s.* ca) *T* clausis ianuis *Cas Mey Blu* ianuis clausis *codd.* 59 dat, docens *Mey, sed susp.* edocens *uel* et docens 60 spiritum] sanctum *C* 61 praecepit *SCD* praecoepit *Lm1* todum *T* toto p orbe *S* babtizari *DFP* baptizare *SLXCas* babtizare *C* 62—64 *coniungit Mey* 62 confidentes *TS* 63 mistica *ALm1* mestica *T* misticā fidem *S* tincto *C* iuncto *S* 64 fonte cunctis innouatis filiis factis dei *S* filios factos dei (*s. uoces pos. m1 signa* c a b) *L*

Ante lucem, turba fratrum, concinamus gloriam,
qua docemur nos futuros sempiterno saeculo.

[Galli cantus, galli plausus proximum sentit diem,
nos cantantes et precantes, quae futura, credimus.

Inmensamque maiestatem concinamus iugiter,
ante lucem nuntiemus Christum regem saeculo,

Ante lucem decantantes Christo regi domino
et, qui in illum recte credunt, regnaturi cum eo.

Gloria patri ingenito, gloria unigenito
simul cum sancto spiritu in sempiterna saecula].

73 sq. cf. Hymnus *Mediae noctis tempus* (Anal. hymn. LI n. 1)

65 lucem *om. C* turb . . . . | qua *P* fratrum] . . . . . *A* concinemus *F* concinnemus *TSLm1CDBlu* concinimus *Cas* concin . . . . *A* gloriam] . . . . . *A* 66 *omnia perierunt in A praeter 1 litt.* s quia *S* docemus *S* . . . mur *P* futura *C* futuri *DF* futu . . . *T* se . . . . . no *T* sempiterna secula *CDF Cas* semp . . . . *P* 67—74 *uersus interpolatos esse putat Atkinson, idem censet Blu de u. 71—74* 67 plausus—diem] plau . . . . . se . . . . . em *T* sentet *A* sencio *S* 67—68 senti . . . . *P* 68 noscententes *T a. c.* nos canentes *ASLX* nos cantemus *Cas* quae—credimus] . . . . . . *T* 69 inmensamque maiestatem *Mey* maiestatemque (magestatemque *Lm1* maiestatem *Lm2X*) inmensam *codd. CasBlu* concinemus *DF* concinnemus *ASCLm1PBlu* concinimus *Cas* concinamus iugiter] . . . . . . *T* uniter *A CasMey* giter *Pa.c.* 70 ante lucem] . . . . . ucem *T* nuntiamus *CF* christo regi saecula *LX* regem *om. S* seculi *S* saecu . . *P* regem saeculo] . . . . . . *T* 71 ante lucem] . . . . . . *T* decantantes] . . . antantes *T* decantes *P* nunciemus *S* nuntiemus *ALX Cas* christum regem *AS Cas* domino] dominum *S* domini *Cas* saeculo *A* 72 et *om. ASLX* in illo *LX* in eo illo *S* rectae *A* recti *TCLX* re . . . *P* regnaduri *T* eo] deo *F* 73—74 *om. S* 73 ingenito] genitori *LX* 74 simul] una *LFX*, *om. TCP* spiritu *om. P* in saecula saeculorum *C* amen *add. LX*

V.
FRAGMENTA MINORA.

A. Cou 1367

EX LIBRO CONTRA CONSTANTIUM.

Hilarius quoque uir acris ingenii scribens ad Constantium imperatorem de incarnatione domini sic ait:

Filius, *inquit*, dei factus homo deus est.

Et praeposterans repetit:

Deus, filius hominis factus, est deus — homo enim factus est deus, non deus factus est homo — et filius hominis factus est filius dei. superauit enim magnitudo Christi domini paruitatem seruilis formae, ita ut ipsa seruilis forma, quam adsumpsit, cessaret esse seruilis per eum dominum, qui eam adsumpsit. si enim, qui natura 2

9 cf. Hilar. in ps. 143, 7 cf. Phil. 2, 6 sq.

B = cod. Barberinianus 505 s. IX.
P = cod. Parisinus 12269 s. IX.
A = cod. Augustanus 13 s. IX.
R = cod. Uaticanus Reginensis 238 s. IX/X.
F = cod. Abrincensis 72 s. XI/XII.
C = cod. Carnotensis 88 s. XII.
S = cod. Sarisberiensis 61 s. XII.
Feu = ed. Feuardentii, ad calcem op. S. Irenaei, Coloniae 1596.
Cou = ed. Coustantii col. 1367.

1 *Duo illa fragmenta, quae ad libellum contra Constantium imperatorem pertinuisse uidentur, tradita sunt opere, quod inscribitur* Conflictus Arnobii et Serapionis, *II 13 (LIII 239 M); cf. Praef. V 1* 3 hylarius *S* ingeniis (s *ex parte eras.*) *R* ad] in *Feu; de uariis titulis* in, ad, contra Constantium *u. Studien I 138* constancium *S* constantinum *AR* imp̄ *B* 5 inquit] *A* inquid *BR*, (t *s.* d) *P*, *om. Feu Cou* autem *FCS* factus] *add.* ē, *sed postea eras. R* est *om. Feu* 6 reppetit *R* de praeposterato sermone *in mg. B* 7 Deus filius hominis factus est *Cou* homo enim factus est deus] *B et Pm3 in mg.* hominis autem perfectus est deus *FCS*, *om. BA Feu* 8 et] sed *susp. Cou* 9 xp̄i *B*, *om. cett. codd. Feu Cou* 10 ipse *FCS* forma seruilis *FCS* forma—esse *om. FCS* 11 eum] eundem *C*

non sunt filii dei, per ipsum efficiuntur filii dei, quanto magis ipse, qui natura filius dei est, hunc, cum quo uoluntate sua aluo uirginali conceptus et natus est, ita sublimauit in deum, ut in eius nomine omne genu flectatur, caelestium et terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris.

1 cf. I Ioh. 3, 2   3 cf. Phil. 2, 9   Phil. 2, 10 sq.

1 sunt *om. Pm1ARFeuCou, add. in mg. Pm3*   *pr.* dei *om. B*   fili *B*
2 est *om. R*   3 nomine eius *Feu*   4 omne *om. FS*   flectetur *C*, (a *s.* e) *F*
chelestium *R*   et *om. B*   5—7 et omnis—patris *om. Feu*   5 linguae *R*
6 confiteatur] *add.* ei *FCS*   Iesus *om. R*

B. Cou 1365 sqq.

EX TRACTATIBUS IN IOB.

I.

In quadam uero homilia de libro sancti Iob attende, quid dicat, quemadmodum ipsius diaboli aduersus nos indesinens bellum ex hoc fieri asserat, cum ea mala, quae in nobis sunt, excitat contra nos, quod in nostram fieri utilitatem uult docere, conuertente scilicet diuina misericordia malitiam diaboli ad purgationem nostram:

Tanta enim et tam admirabilis, *inquit*, in nos misericordiae dei bonitas est, ut, per quem in Adae offensa generositatem primae et beatae illius creationis amisimus, per eum rursum id, quod amisimus, obtinere mereamur. tunc enim diabolus inuidens nocuit, nunc autem, cum nocere nititur, uincitur. mouet enim per infirmitatem carnis nostrae omnia potestatis suae tela, cum ad lasciuiam accendit, cum ad ebrietatem illicit, cum ad odia stimulat, cum ad auaritiam prouocat, cum ad caedes instruit, cum ad maledicta exacerbat. sed 2

10 sq. cf. Hilar. in Matth. 8, 5. 10, 4 etc.

B = cod. Britannici Musei 23944 s. XI.
A = cod. Parisinus Armamentarii 477 s. XII.
C = cod. Bituricensis (ol. Casalinus) 83 s. XII.
F = cod. Aurelianensis (ol. Floriacensis) 162 s. XI.
P = cod. Parisinus (ol. Bigotianus) 2101 s. XII.
T = cod. Trecensis (ol. Clareuallensis) 528 s. XII.
V = cod. Uaticanus 503 s. XII.
W = cod. Uindobonensis 1523 s. XIV.
U = cod. Uaticanus Urbin. 83 (ol. 125) s. XV.
Era = ed. Erasmi VII (Basileae 1556) 981.
Lou = ed. Louaniensis VII (Coloniae Agrippinae 1616) 341.
Mau = ed. Maurinorum X (Parisiis 1696) 543 sq.

1 *Tria sequentia fragmenta uidentur esse deprompta ex opere Hilarii deperdito, cui erat titulus* Tractatus in Iob; *cf. Praef. V 2 et Studien III 91 sq. primum fragmentum traditum est a S. Augustino in libro II contra Iulianum c. 8 (27)* 4 omelia *codd.* Iob sancti *A* dicat *sc.* beatissimus Hilarius 5 aduersum *C* 7 in *om. U* fieri *om. W* 9 ammirabilis *PT* inquit *om. CMau* 10 offensā *B* 11 id *om. AT* 12 nocuit] uicit *F*, *om. BW* 15 inlicit *BP* 16 cedes *BAT* scelus *W*

cum per firmitatem animi horum omnium subrepentia incentiua reprimuntur, emundamur a peccato per huius uictoriae gloriam; dictum enim ita est: aut quomodo se emundabit natus ex muliere? quia non extante hoste non erit bellum, cessante deinde bello uictoria deerit. collidentium autem aduersus nos uitiorum uictoria non adepta non erit emundatio ulla uitiorum, quia his insidiis corporis nostri pirata uicto conluctantium aduersus
3 nos passionum concertatione purgamur. memores igitur, *inquit*, et conscii illa ipsa corpora nostra omnium uitiorum esse materiem, per quam polluti et sordidi nihil in nobis mundum, nihil innocens obtinemus, gaudeamus nobis esse hostem, in cuius concertatione quodam concertationis nostrae bello dimicemus.

3 Hiob 25, 4

1 anima *Fm1* animę *Fm2* subripentia *W* 4 exstante *W* 5 deinde] de *W* conlidentium *P* aduersũ *C* 7 pyrata *F* colluctantium *AC*, *Fp.c.*, *TVWU* aduersũ *BCFW* 8 concertationẽ *P* memores] *praem.* an *U* igitur] ergo *VU* inquit *om. Cou* 9 ipsa illa *BFW* nostra corpora *W* 10 per qua *AT* pro qua *CP Era Lou* 11 optinemus *BF* nobis] *praem.* in *U* c̣ọncertatione *F* concertamine *U* certatione *ATV*

II.

Item quod eum dixisse commemorat:

Quas Iob litteras legerat, ut abstineret se ab omni re maligna? quia deum sola mente uitiis non ammixta ueneratur, deum autem colere proprium iustitiae officium est.

Quid fecisset, Iob dicit, non quid in hoc saeculo perfecisset aut sine gratia saluatoris, quem etiam prophetauit, uel fecisset uel perfecisset.

15 cf. Hiob 1, 1

13 *Fragmentum inuenitur apud S. Augustinum in libro de natura et gratia 62 (72); repraesentamus textum in editione Uindobonensi (CSEL LX 287, 20—288, 2) a C. Vrba et I. Zycha suppeditatum ad unum addentes lectiones uarias, quae usque adhuc in ceteris Augustini uel Hilarii editionibus legebantur,* uenerabatur *et* iustitiae proprium *codicum auctoritate minime nili* 14 eum *sc.* beatum Hilarium commemorat *sc.* Pelagius

III.

Sanctus Hilarius dicit:

Panem cotidianum da nobis hodie. quid enim tam uult deus, quam ut cotidie Christus habitet in nobis, qui est panis uitae et panis e caelo? et quia cotidiana oratio est, cotidie quoque ut detur, oratur.

3 sqq. cf. Ambros. (?) de sacram. V 25 Luc. 11, 3 4 cf. Eph. 3, 17 5 cf. Ioh. 6, 35. 48 cf. Ioh. 6, 51. 59 etc.

P = cod. Parisinus 3846 s. IX.
U = cod. Uindobonensis 411 s. X.
E^1 = cod. Escurialensis d. I. 1 s. X ex.
E^2 = cod. Escurialensis d. I. 2 s. X.
R = cod. Palatinus 575 s. X.
N = cod. Parisinus 1455 s. X.
M = cod. Matritensis Bibl. Nat. P. 21 s. X/XI.

1 *Fragmentum seruatum est in actis synodi Toletanae IV (anni 633) cap. 10 (Fr. A. Gonzalez, Collectio canonum ecclesiae Hispanae, Matriti 1808, p. 370)* 2 larius *U* 3 cottidianum *U* odie *PN* 4 uul *P* cottidie *U* 5 ę *U* de *PRN* quia] qui *U* cottidiana *U* 6 cottidie *U*

Cou 1366

C.

EX COMMENTARIO IN MATTHAEUM.

Item eiusdem in prooemio expositionis euangelii secundum Matthaeum:

Erat namque primum necessarium nobis, ut unigenitus deus nostri causa homo natus cognosceretur.

Item in consequentibus:

Ad id, quod deus erat, homo, id quod tum non erat, gigneretur.

Item in eodem:

Tertium deinceps illud congruum fuit, ut, quia deus homo genitus in mundo *et cetera.*

A = cod. Parisinus Armamentarii 483 s. IX.
M = cod. Britannici Musei 16414 s. XI/XII.
p = cod. Parisinus 14860 s. XIII in.

Illa tria fragmenta pertinentia ad prooemium commentarii Hilariani in Matthaeum nunc deperditum tradit Cassianus in opere, qui inscribitur Contra Nestorium, *VII 24. repraesentamus textum et lectiones uariantes secundum editionem Uindobonensem (CSEL XVII 383, 1—8) a M. Petschenig paratam* 3 in eiusdem in *M* eiusdem sc. Hilarii p̄mio *M* proemio *p* euuangelii *p* 4 matheum *A* mathm̄ *p* 11 tercio *M* congru|gruum *p*

D. Cou 1866

DE EXPOSITIONE EPISTULAE AD TIMOTHEUM.

Sanctus igitur Hilarius in expositione epistolae ad Timotheum sic loquitur:

Nam et cum dicit scriptura: homo Christus et cum dicit: Christus mortuus est et cum dicit: uerbum caro factum est, non spoliandus est per fraudulentiam legentis expositionibus suis sermo. namque ubi 'homo Christus' est, prae- 2
cedit: mediator dei atque hominum: ex deo homo, utrumque unum et inter hominem et deum medius confessione in se utriusque naturae. ubi 'Christus mortuus', subicitur: qui resurrexit, qui est in dextera dei. in morte eius carnis nostrae infirmitas est, in resurrectione uirtus eius, in consessu dei dignitas.

5 I Tim. 2, 5 6 Rom. 8, 34 Ioh. 1, 14 7 sqq. cf. Hilar. de trin. X 66 9 I Tim. 2, 5 11 Rom. 8, 34

Codices u. p. 231.
Agu = I. Saenz de Aguirre, Collectio maxima conciliorum omnium Hispaniae et noui orbis, Romae 1694.
Gon = Fr. A. Gonzalez, Collectio canonum ecclesiae Hispanae, Matriti 1808.

1 *Fragmentum inuenitur in actis synodi Hispalensis II (anni 619) cap. 13 (Gonzalez 651); de ipso fragmento u. Praef. V 4 et Studien III 93 sq.* 3 ergo *E^3E^2AguCou* hylarius *M* elarius *U* expedicione *U* explicatione *Agu* epistule *U* thimotheum *PUM* 6 est *om. PE^3E^2RMGon* 7 expoliandus *Gon* spoliansdus *P* est spoliandus *Cou* fraudulentia *R* 8 suis. sermo *PRM* nam *AguCou* 9 adque *PM* et *R* ex deo—unum et] ut ex utroque, deo et homine, unus subsistat; sitque *Agu Cou* 10 confessionem *M* in se utriusque] insecurisque *U* 11 se *om. PN* ubi] *add.* uero *Agu Cou* 12 resurrexi *M* 13 uirtus eius] uirtutis eius potentia *M* consensu *UNMGon*

Cou 1368

E.

EX OPERE INCERTO.

Ecclesiae catholicae aduersus hereticos acerrimum defensorem uenerandum quis ignoret Hilarium episcopum Gallum? qui cum de Christi carne ageret, attende quid dixerit:

Ergo cum missus est, *inquit*, in similitudine carnis peccati, non sicut carnem habuit, ita habuit et peccatum. sed quia ex peccato omnis caro est, a peccato scilicet Adam parente deducta, in similitudine peccati carnis est missus existente in eo non peccato, sed peccati carnis similitudine.

6 sqq. cf. Hilar. de trin. X 25   cf. Rom. 8, 3

1 *Fragmentum hoc operis Hilariani incerti (Commentarii in epistulas Paulinas?) asseruatum est in Augustini l. c. Iulianum I 3 (9). libros manu scriptos, quos adhibuimus, et editores (Era 940, Lou 327, Mau 501) u. supra p. 229. fragmentum cf. etiam cum August. l. c. I 7 (32):* Sanctus Hilarius dicit ex peccato esse omnem carnem praeter illius, qui uenit in similitudine carnis peccati sine peccato. dicit sub peccati origine et sub peccati lege natum esse, cuius uox est: e g o i n i n i q u i t a t i b u s c o n c e p t u s s u m (*Ps. 50, 7*) *et II 4 (8):* Et ideo uenerandus Hilarius ex peccato esse omnem carnem non cunctatus est dicere. sed numquid ideo negauit ex deo?   3 haereticos *edd.*   4 ignorat *Era Lou*   hylarium *AU*   episcopum hylarium *A*   5 quid] quę *BW*   6 cōmissus *W*   similitudinem *CVEra*   8 omnis *om. A, exp. T*   parentis *V*   9 similitudinem *V* carnis peccati *FV*   exsistente *P*   10 carnis peccati *F*

VI.

SPURIA.

A. **EPISTULA AD ABRAM FILIAM.**

B. **HYMNI SPURII.**

INDEX NOTARUM

(ad 'Epistulam ad Abram').

A = cod. Sangallensis 567 s. VIII/IX.
B = cod. Sangallensis 577 s. IX/X.
C = cod. Bruxellensis 3183 (7666—7671) s. X.
D = cod. Rotomagensis 758 s. X.
E^1 = cod. Casinensis 139 s. XI.
E^2 = cod. Casinensis 144 s. XI.
E^3 = cod. Casinensis 145 s. XI.
E = $E^1E^2E^3$ consentientes.
F = cod. Uaticanus Ottobonianus 120 s. XI.
Φ = cod. Uallicellianus Tom. V s. XI.
J = cod. Salisburgensis S. Petri a. XI. 2 s. XI/XII.
G = cod. Bruxellensis 3223 (9290) s. XII.
H = cod. Einsidlensis 249 s. XII.
L = cod. Zwettlensis 33 s. XII.
M = cod. Monacensis 2555 s. XII.
N = cod. Monacensis 17137 s. XII.
O = cod. Monacensis 21528 s. XII.
U = cod. Uaticanus 1193 s. XII.
W = cod. Uindobonensis 684 s. XII.
α = *ABC* consentientes.
μ = *JLNOW* consentientes.
ε = codices omnes consentientes.
Bad = ed. a Badio impressa, Parisiis 1510.
Era = ed. Erasmi, Basileae 1523.
Lyp = ed. Lypsii, Basileae 1550.
Gil = ed. Gillotii, Parisiis 1572.
Cou = ed. Coustantii, Parisiis 1693.
Δ = *Bad Era Lyp Gil* consentientes.
Θ = editores omnes consentientes.
notas alias u. p. 2.

A.

EPISTULA AD ABRAM FILIAM.

Dilectissimae filiae Abrae Hilarius in domino salutem.

1. Accepi litteras tuas. intellego desiderantem te mei esse et certe ita habeo. sentio enim, quantum praesentia eorum, qui amantur, optabilis sit. et quia grauem tibi esse absentiam meam scirem, ne me forte impium esse erga te existimares, qui tam diu a te abessem, excusare tibi et profectionem meam et moras uolui, ut intellegeres me non impie tibi, sed utiliter deesse. namque 2
cum te, filia, ut unicam, ita, quantum a me est, et unanimem habeam et uellem te pulcherrimam omnium et sanissimam uiuere, (2) nuntiatum mihi est esse quendam iuuenem habentem

2 Incipit (*om. GH* incibit *A*) epistola sancti (sancti *om. JLW* beati *H*) hilarii (hylarii *FJLW*) episcopi (*om. G*) ad filiam suam abram (apram *GH* afram *JL* directam *F*) *ABDFJGHLW* incipit epła beati ilarii epi quam misit abrae filiae suae *C* item epistola sancti hylarii ad apram filiam suam ab exilio destinata (destinatam *E*[a]*E*[c]) *E* incipit epła ipsius ad filiam suam abram *M* incipit epła s. hilarii quam misit de exilio filiae suae abrae *N* item epła s. hylarii ad karissimam filiam affram *O* item epła sancti hilarii *Φ* epła hilarii ad apram filiam suam *U*   3 aprae *EFΦGHU* afrae *JLWm1* habrę *H* affre *O*   aprae filiae *FG*   hylarius *EΦ*, (hilarius *MNW*) *μ*, *U*   salutem in domino *F*   4 accipe *D*   tuas] *add.* in quibus *Cou*   intellegendo *H*   te desiderantem *a*   5 certum *EFGΘ* certo *DμU*   sentio—praesentia *om. μ*   sentio enim quantum] quod *M*   praesentia eorum] impraesentiarum *E* in praesentiarum *ΦU*   eorum] horum *DFJGHNO* uerum *LW*, *om. EΦU*   6 qui amantur] quia (qui *N*) amor *μ* qui amant tua *U*   amatur *EΦ*   obtabilis *Φ* mutabilis *μ*   tibi grauem *F*   esse tibi *U*   esse *om. M*   absentiam *om. U*   absentiam meam esse *G*   7 scio *FHM* scire *O* sentio *G*   esse *om. F*   existimaris *D* estimares *Φ*   8 a *om. MU*   te *om. M*   abessem a te *Φ*   absens (absensus *L*) sum *Mμ*   mores *A a. c.*   9 ut non intelligeres me *G*   intellegeris *D*   10 filiam *FGMμ* ut filiam *ΦU*   a] ad *ACEΦMU* in *H*   et] ut *FGMμ*, *om. A*   unanimem] animam meam *G*   11 *pr.* et *om. Θ*   12 nuntiatum] *add.* ergo *Gil Cou*; *Θ sumunt ab illa uoce* nuntiatum *initium nouae sententiae*, *Cou insuper noui capituli*   est mihi *FGHMμ*   margaritas et uestes inaestimabiles habentes *U*

margaritam et uestem inaestimabilis pretii, quam si quis ab eo posset mereri, super humanas diuitias et salutem et diues et saluus futurus esset. ad hunc ergo his auditis profectus sum.

2. Ad quem cum per multas et longas et difficiles uias uenissem, uidens eum statim procidi. adest enim tam pulcher iuuenis, ut ante conspectum eius nemo audeat consistere. qui ubi procidisse
2 me uidit, interrogare me iussit, quid uellem et quid rogarem. et ego respondi audisse me de ueste sua et margarita et uenisse et, si eam mihi dignaretur praestare, esse mihi filiam, quam uehementer diligerem, cui hanc uestem atque margaritam quaererem. et inter haec prostratus in faciem fleo plurimum et noctibus ac diebus gemescens rogo, uti audire dignaretur precem meam.

3. Post quae, quia bonus iuuenis et melius illo nihil est, ait mihi: 'nosti hanc uestem atque hanc margaritam, quam a me lacrimans rogas, uti eam filiae tuae concedam?' et ego respondi illi: 'domine, auditu cognoui de ipsis et fide credidi et scio, quia optimae sunt et

1 margaritas *G* uestes *G* pretii *om. U* quē (a *s.* ē *m2*) *A* quem *DΦU* quae (quem *L*) *Mμ* quas *G* 2 possit *CFH* posset ab eo *M* inueniri *U* super] semper *Φ* et salutem *om. Φ* 3 futurus esset] fieret *Cou* hunc] hoc *μ* huc *C* ergo *om. HCou* profectu•s *A* 4 per *om. DLW* diffiles (ci *s. l.*) *C* uenissemus *U* 5 procedi *A a. c. m2, D* est *GM* pulchrū *Φ* 6 ut] et *Φ* conspectu *Φ* consistere audeat *MμU* pcisse (fi *s. l.*) *Φ* procedisse *A a. c. m2, D* me procidisse *EFCou* 7 ••uidit (*forte eras.* me) *F* interrogari *DEFGΘ* uelim *A a. c. m2* 8 sua *om. G* sua et] *add.* de *ΦMμ* *alt.* et] *add.* ideo *Mμ Era Lyp Gil* ob id *H Cou* uenisse] uenissem (e *add. m2*) *A, U* uenisse me *BCm2* uenesse me *Cm1, om. D* *tert.* et] ut *Am2BCLMW, om. DEΦU* 9 *pr.* mihi *om. FG* dignaretur mihi praestare *BCDΦHU* dignaretur praestare mihi *Mμ* esset filia mihi *C* filia *D* 10 inter haec] in terra (terram *FΔ*) *EFΦΔ* 11 haec] hanc *A a. c., D* in *s. l. Am2, om. DEFΦ* facie *EΦ* multum *Mμ* plurimum in faciem fleo *U* 12 gemiscens *Am2Bm2 CFμΔ* gemens *EU* ingem'scens *GHM Cou* ut *ΦHWm1* uti aut *D* precem] uocem *Mμ* precēm eam *Φ* 13 post quae] post *U* sicque *α* bonus *om. G* iuuenis bonus *Φ* iuuenis] *add.* est *HMU, praem.* est *Cou* illo melius *U* melior *H* illo] eo *L* nullus *H* 14 nosti] nocte *D* atque] et *F* *alt.* hanc *om. FMμ* quae *G* quod *DEΦLN* qs (s *in ras. et* a *s. l. m2*) *W* lacrimis *DEFGHμΘ* lacrimas *Φ* 15 rigas *Φ* ut *Φ* ea *G* eas *Wm2* etiam *Φ* et *om. U* respondeo *M* 16 de ipsis] de illis *ΦM, om. G* fide] fidem (m *exp.*) *A, praem.* ipsa *G* credidi] didici *Φ* optima *G*

salus uera est hac ueste uti et hac margarita ornari'. et statim mini- 2
stris suis praecepit, ut mihi et uestem hanc et margaritam osten-
derent. et confestim ita fit. hanc primum uestem uidi; uidi, filia, uidi,
quod eloqui non possum. numquid non sericum secundum sub-
tilitatem eius spartum erat? numquid candori eius niues com-
paratae non nigrescebunt? numquid aurum iuxta fulgorem eius
non liuidatur? ipsi enim multicolor et nihil prorsus comparatum
ei poterat aequari. post quam uidi margaritam, qua uisa statim 3
concidi; non enim potuerunt oculi mei sustinere tantum eius
colorem. nam nec caeli nec lucis nec maris nec terrae species
pulchritudini eius poterat comparari.

4. Et cum prostratus iacerem, ait mihi quidam de assistentibus:
'uideo te sollicitum et bonum patrem esse et hanc uestem atque hanc
margaritam ad filiam tuam desiderare, sed, ut magis desideres, ostendo
tibi, quid adhuc haec uestis atque margarita boni habeat. uestis 2
haec numquam a tineis comeditur, non usu atteritur, non sorde infi-

1 *pr.* hac] huic *EΦU* uesti *ΦU* feste *C* uti et hac margarita ornari *om. EΦU* 2 suis] eius *Φ* praecepit ministris suis *E* mihi et *om. U* *pr.* et *om. ΦMμU* et uestem (*pr.* t *et* u *in ras.*) *C* 3 cum festim *D* hanc] ac *F* anno *Mμ* primo *FGHMμ* uestem primo *GBadGilCou* filiam *Φ* *tert.* uidi] *add.* et *HLW* 4 quod] quae *EΦHU* quo *D* eloqui] et eloqui *M* loqui (et loqui *LN*) *EΦHμU* non sericum—erat *om. U* *alt.* non] nam *α* non et *Mμ* sericum] siricum *D* secum *Φ*, *add.* in ea *H* 5 *pr.* eius *om. G* spartum erat] sparteum erat *G* pastum erat *Jm2O* partium erat *Φ* ex parie *Am1* est parthicum *Am2BC* parte humerat *F* candor *DΦ* niue *Φ* 6 non *s. l. A* nigrescebunt] *α* nicriscibunt *D* nigrescent *FGMμ* nigrescunt *EHΦU* nigrescebant *Θ* 7 liuidat *ABDG* liquidat *EΦ* liquidatur *U* ipsa *GHΘ* ipsum *Am2BC* yris *E* multi colores eius *Mμ* prorsum *D* comparato *A a.c.m2* compatum *B a.c.m2* 8 poterit *U* ei poterat comparatum aequari *Mμ* quam] quae *DFLMW* uideo *DFG*, *add.* et *FG* qua uisa] *om. EU* quã uisã *Φ* uisam *D* statim *om. F* 9 concedi *A a. c. m2*, *D* sustinere oculi mei *G* eius *om. αM* tantum colorem sustinere *M* 10 fulgorem *U* species *om. Φ* 11 eius *om. μU* poterit *U* compari *D* comparari poterunt *M* erat comparare *μ* 12 stratus *D* 13 atque] et *G* *alt.* hanc *om. FMμU* 14—15 ad filiam—margarita *om. Φ* filiae tuae *GU* magis desideriis *D* ostendam *G* 15 haec *om. L* ac *U* habet *Φ* 16 a *om. DEFMμU* a tineis numquam *C* comeditur] consumitur *Mμ* non usu—scinditur (*explent unam lineam in A*) *om. BCU* *pr.* non] nec *Φ* adteritur *D* atterritur *H* non sorde—scinditur *om. EΦ*

citur, non ui scinditur, non damno amittitur, sed semper talis, qualis est, permanet. margarita uero haec uirtutis eius est, ut, si quis ea induitur, non aegrotet, non senescat, non moriatur. nihil omnino in se habet, quod sit obnoxium corpori, sed utenti ea nihil accidit, quod aut mortem afferat aut aetatem demutet aut impediat sani-
3 tatem'. quod ubi audiui, filia, exanimari magis desiderio margaritae et uestis istius coepi et, sicut prostratus iacebam, indeficienti fletu et intenta oratione iuuenem precari coepi dicens: 'domine sancte, miserere preci meae et miserere sollicitudini uitae meae; si enim hanc uestem mihi et margaritam non concedis, miser futurus sum: filiam meam uiuentem perditurus sum. ego propter hanc margaritam et uestem peregrinari uolo. scis, domine, quia tibi non mentior'.

5. Postquam uocem meam audiuit, iubet me leuare et ait mihi: 'mouerunt me preces et lacrimae tuae et bene est, quod hoc credidisti. et quia dixisti te pro hac margarita ipsam uitam tuam uelle impendere, non possum eam tibi negare, sed scire debes propositum

1 ui *om. Mμ* non damno amittitur (ammittitur *D* adimitur *Mμ*) *ante* sorde inficitur (afficitur *Mμ*) *DHMμ* talis] *add.* manet *M* 2 est, permanet] semper manet (est *s. l. Wm2*) *Φμ* est *M* margaritae *ABEFH Cou* haec] talis *Mm1* huius haec *EU* uirtutes *A a. c. m2* uirtus *ΦHMμUCou* eius *om. HM Cou* est eius *Φ* qui *D* 3 eam *DEFΦGU Cou* induit *G* induerit *Cou* non aegrotet *om. Mμ* senescit *A p. c. m2, D p. c.* moritur *A a. c. m2* nihil in se omnino habet noxium *U* 4 habeat *A p. c. m2, BCE* quod sit *om. EΦ* obnoxium (*idem quod* noxium)] in se obnoxium *E* noxium *UCou* corpori *om. U* corporis *LOW* eam *CDμ* nil *Mμ* accidat *E* accidet *Φ* accedit *A a. c. m2, H* accedat *DG* 5 *pr.* aut *om. H* demutet] *FGMμΘ* immutet *H* commutet *Φ* diminuat *α* sanitati *DFΦGH* 6 filia audiui *F* audiuit *Φ* exanimare *Φ* examinari *D* magis] *add.* cępi *G* desiderio] *add.* quã, *sed postea del. A* 7 *pr.* et *om. C* istius] ipsius *C, om. H* coepi] caepi *E, om. G* iacebam prostratus *G* indeficiente *αJLMN* 8 orationem *D* caepi *E* sancte] *add.* pater *Φ* 9 memorare precis *α* uitae] *praem.* et *DFGHΘ* ac *U* enim *om. Mμ* 10 et margaritam mihi *ELM* concedas *Φ* 11 filiamque *Cou* uiuentem] iuuenem *Mμ* sum *om. Cou* uestem et margaritam *Cou* 12 quia *om. Mμ, praem.* scis *H* tibi *om. G* 14 leuare] surgere *G* 15 preces tuae et lacrimae *U* bonum *G* hoc] in hoc *Φ, om. FHMμ* 16 quia *om. Mμ* propter (pro *D*) hanc margaritam *αD* hac] *add.* ueste et *E* tuam] meam *W a. c.* 17 sed scire] scire tamen *H*

et uoluntatem meam. uestis, quam ego dedero, talis est, ut, si quis 2
uoluerit ueste alia colorata et serica et aurata uti, hanc uestem meam
capere non possit. sed illi dabo eam, quae contenta sit serio
habitu et natiuis coloribus et insumptuoso textu uestiri, ita ut
propter consuetudinem purpuram perangustam uestis habeat, non
etiam purpura ipsa diffundatur in uestem. margarita uero, quam 3
a me petis, naturae eius est, ut habere eam nemo possit, qui mar-
garitam alteram habuerit, quia aliae margaritae aut de terra aut de
mari sunt, mea autem, ut ipse tu uides, speciosā et pretiosa est, in-
comparabilis et caelestis est, non dignatur ibi esse, ubi aliae sunt.
non enim rebus meis conuenit cum rebus hominis, quia, qui ueste mea
et margarita utitur, in aeternum sanus est — non febre exardescit,
non uulneri patet, non annis demutatur, non morte dissoluitur —, ae-

5 cf. Hieron. ep. XXII ad Eustochium 13

1 et *s. l.* A meam *om.* G uestem JO quis] qua puella H 2 alia ueste J uestem aliam coloratam DΦO, W *a. c. m2* colorata] decorata G *pr.* et] aut α, *om.* U sericam et auratam ΦO, W *a. c. m2* aurata uel serica U sirica D et aurata] deaurata H aurata∗ A aurati (a *s.* i) J hanc] *ita in ras.* A*m2* BC in DEHOU, *eras.* W, *om. cett.* Θ ueste mea DEH 3 accipere G quae] qui F ut α contentus F contempta Φ contenta sit] contempserat M contemnat se E contempnit U sit] *add.* non FGH, (*s. l.* W*m2*, *om.* L) μΘ serio] αD serico *cett.* Θ sericum habitum et ornatum U 4 *pr.* et] et a E^aE^eΦ sed FGHΘ et natiuis *om.* U innatiuis α *alt.* et] *add.* cum H insumptuose A *a. c. m2* sumptuoso EΦ sumptuosa Mμ sumptuosam U textu] testu D ueste Mμ, *om.* U uesti∗ri A uestire DEJO uestire purpuram. natura istius margaritae quam U. *reliqua epistulae desunt* ita *om.* G ut *s. l.* C 5 purpuream H puram E et angustam E perangustas Fμ perangustiam Φ perangustias G uel augustas (*pr.* u *in ras. m2*) M uestes FMμ uestem EH non—uestem *om.* Mμ 6 purā ipsā αΦ puram ipsa D ipsa purpuream E diffunditur Φ defunditur A *a. c. m2* defundatur A *p. c. m2*, BC in ueste FG margaritam CEΦ 7 natura EΦMμ eius] talis M est] *praem.* sic W eā *s. l.* A*m2* eam habere α quis DΦ margaritas alteras Mμ 8 aliam *Cou* habeat α 9 mare D tu ipse H*Cou* ipse *om.* Φ pretiosa] pulchra F est *eras.* A, *om.* BC 10 est *om.* FG non] nec Θ, *add.* ut, *sed postea del.* H dignabitur M dedignatur O digna D dignatur ibi esse] dignae ei sunt α 11 rebus meis conuenit] res meae conueniunt α cum] *praem.* uti F hominum M humanis G uestem meam et (aut Φ) margaritam αDΦO 12 erit μ exardescet Φ 13 uulnere DΦ uulnera patitur HMμ*Cou* dimutatur H aequalis] *praem.* semper E, *add.* est et E enim et H est semper et F et GM enim est semper et *Cou ex codd.?*

qualis, aeternus. ego tamen hanc uestem et hanc margaritam meam petenti tibi dabo, ut eam filiae tuae perferas. sed prius scire debes, quid uelit filia tua. si se huius uestis et margaritae meae dignam facit, id est, si uestes sericas et auratas et infectas habere noluerit, si omnem margaritam alteram oderit, tunc haec, quae me rogas, tibi praestabo.'

6. Post quam uocem, filia, laetus exsurgo et secretum habens hanc ad te epistolam feci, rogans te per multas lacrimas meas, ut te huic uesti et margaritae reserues neque miserum senem tali damno tuo facias, si hanc uestem et hanc margaritam non habueris. testor autem tibi, filia, deum caeli et terrae, quia nihil hac margarita atque hac ueste pretiosius est et tui iuris est, ut hanc habeas.
2 tu modo, quando tibi uestis alia offeratur uel infecta uel serica uel deaurata, dicito ei, qui tibi offert: 'ego uestem alteram exspecto, propter quam pater meus a me tam diu peregrinatur, quam mihi quaerit, quam non possum habere, si hanc habuero. sufficit mihi lana ouis meae, sufficit mihi color, quem natura attulit, sufficit mihi textus insumptuosus. ceterum uestem illam desidero, quae dicitur non absumi, non atteri, non scindi'.

11 cf. Hilar. de syn. 91 17 cf. Tertull. de cultu feminarum II 10

1 aeterna *H*, *add.* est *Hμ* ego] et *Mμ* *alt.* hanc *om. F* 2 meam *om. Mμ* 3 ue•lit *Am2* uellet *Am1D* mea (tua *s. l. Om1Wm2*) *OW* uesti *Φ* 4 meae] *add.* uisibus *H* digna *D* faciat *DHCou* fecit *C* faciat dignam *H* uestis *D* siricas *D* insectas *JNO* 5 si] *praem.* et *H* omnem *om. GMμ* alteram margaritam *FGMμ* odit *Φ* 6 hanc *H* quam *ΦH* me] *s. l. A*, *om. Φ* a me *H* 7 filię *DΦ* laetatus *F* letatus *D* surgo *H* et] *add.* ut *H* secretum] *add.* hoc *Cou* habens (s *in ras.*) *A* habeas *H* 8 epistola *D* epistolam ad te *JL* *alt.* te *om. EΦ* 9 te] tibi *D* huic *in ras. A* huius uestis *Φ* huius uestes et margaritas *D* serues *Φ* neque] namque *EΦ* misero *H* seni *H* semen *Mμ* tale damnum *αH* 10 tuo] tuum *Am1H* tuo te *Mμ* pati *Am2BC*, *om. G* facies *Φ* afficias *G* *alt.* hanc *om. F* 11 autem *om. F* nihil] *add.* est *H* hac margarita atque *om. F* hac ueste atque hac margarita *Θ* hac margarita *rep., sed postea eras. A* 12 atque *om. α* tuis uiris *Φ* 13 quando] si (*s. l. Am1*) *α* si quando *HCou* cum *M* uestis tibi *Φ* offertur *EFM* offeretur *ΦG* affertur *μΔ* afferatur *Cou* insecta *JON* uel serica uel infecta *Cou* *tert.* uel] et *H* 14 qui] quia *Φ* affert *Mμ* 15 *alt.* quam] ille *α* 16 habuero hanc *L* hac *Φ* 17 quam *Φ* 18 tulit *Mμ* sumptuosus *Mμ* 19 adsumi *CΦ*

at uero, si tibi margarita offeratur aut suspendenda collo aut digito coaptanda, dices ita: 'non mihi impedimento sint istae inutiles et sordidae margaritae; expecto illam pulcherrimam et pretiosissimam et utilissimam — credo patri meo, quia et ille ei, qui spopondit sibi, credidit —, propter quam mihi significauit se etiam mori uelle. hanc exspecto, hanc desidero, quae mihi praestabit salutem et aeternitatem'.

7. Ergo, filia, subueni sollicitudini meae et hanc epistolam meam semper lege et huic te uesti et margaritae reserua. et ipsa tu mihi nullum interrogans, qualibus potes, litteris rescribe, utrum te uesti huic et margaritae reserues, ut sciam, quid iuueni illi respondeam, et ut, si illam desideras, si expectas, laetùs possim ad te reditum cogitare. cum autem mihi rescripseris, tunc tibi et ego, quis sit hic iuuenis et qualis sit et quid uelit et quid promittat et quid possit, indicabo. interim tibi hymnum matutinum et serotinum misi, ut memor 2 mei semper esses. tu uero, si quid minus per aetatem hymnum et

3 cf. Hieron. ep. VII ad Laetam 5

1 at] ad te *Mμ* tibi *om. JN* margarita] gemma (*s. l. Am2*) *α* offertur *G* sufferatur *Φ* 2 captanda *Mμ* coartanda *D* coaptanda digito *G* dicit *Am1* dicito *Am2BC* dicis *D* dicas *Φ* ita dices *EH* sit ista *α* 3 inutilis *α* margarita et sordida *Am1* et sordida margarita *Am2BC* sordite *D* expecto] *praem.* sed *EFGMμΘ* illam pret., pulch. et (et *om. G*) util. *FGMμΘ* *alt.* et *om. D* 4 utillimam *FH* ille ei] ipse illi *M* illi *μ* et ille et *Φ* qui] *add.* hanc *H* 5 spospondit (*pr.* spo *in ras. m2*) *A* spondidit *D* spondit *Φ* sibi] sic (*ex* si *AB*) *α* se *D* ipse *N* et *Φ*, *om. EF* quem *EΦ* significauit mihi *G* 6 hunc *A a. c. m2* hunc *A a. c. m2* salutem aeternam *EΦ* 8 sollicitudinem meam *D* meam *om. E* 9 te *om. DFGMμΘ* testi *D* reserua] serua *Φ*, *praem.* te *FGMμΘ* 9—11 et ipsa—reserues *om. propter homoeoteleuton G* 10 quibus *M* quibuslibet *Cou* qualibet *E* quomodolibet *Δ* qua *D* litteris poteris *Mμ* rescribe—margaritae *om. Φ* te *om. FGMμΘ* 11 reserues] *praem.* te *FMμΘ* sciam] etiam *D* respondeam illi iuueni *Mμ* 12 ut] *om. ΦGN* tu *M* desideres *α* redesideras *F* expectet *C* possum *DΦGMμ* 13 mihi] *praem.* tu *G* rescriberis *O* rescripserit *C* ego] *add.* indicabo *et postea rep. α* qui *EF* hic *om. FΦMμ* 14 *alt.* et] uel *α* uellet *Φ* *tert.* et *om. FG* promittat (at *in ras.*) *B* promittit *Aμ* *quart.* et *om. G* possim *A a. c. m2* 15 hymnum (h *eras.*) *A*, *EF* ymnum *cett.* 16 semper *om. H* sis *FGMμCou* quid] quis *Φ*, *om. H Cou* hymnum (h *eras.*) *A*, *E* hymno *F* ymno *G* ymnum *cett.*

epistolam intellegis, interroga matrem tuam, quae optat, ut te moribus suis genuerit deo. deus, qui te genuit, hic et in aeternum te custodiat, opto, filia desiderantissima. Amen.

1 epistola *FG* intellexeris *H Cou* meam (tuam *s. l.*) *O* 2 genuit] *add.* uł creauit *s. l. M2* et hic et *E* 3 te *om. DFΦGMμ Cou* desideratissima *Cou* Amen *om. Cou* explicit epistola sc̄i hilarii ad filiam suam *AB*, *om. cett.*

B.
HYMNI SPURII.

I.
LUCIS LARGITOR SPLENDIDE.

Lucis largitor splendide,
cuius sermonis lumine
post lapsa noctis tempora
dies refusus panditur,

Tu uerus mundi lucifer,
non is, qui parui sideris
uenturae lucis nuntius
angusto fulget lumine,

2 cf. Ioh. 1, 9 etc.

A = cod. Leidensis 100 s. X.
N = cod. Parisinus Nouv. acq. 1455 s. XI.
D = cod. Rotomagensis 1381 s. XI.
T = cod. Trecensis 1171 s. XI.
J = cod. Salisburgensis S. Petri a. XI. 2 s. XI/XII.
B = cod. Bruxellensis 3223 s. XII.
E = cod. Einsidlensis 249 s. XII.
M^1 = cod. Monacensis 169 s. XII.
M^2 = cod. Monacensis 2555 s. XII.
M^3 = cod. Monacensis 17137 s. XII.
M^4 = cod. Monacensis 21528 s. XII.
M = $M^1 M^2 M^3 M^4$ consentientes.
U = cod. Uindobonensis 684 s. XII.
L = cod. Zwettlensis 33 s. XII.
Blu = ed. Blume (Analecta hymnica LI 9).

himnus sancti hilarii episcopi *T* ymnus eiusdem M^2 hymnus de sancto hylario *A* ymnus matutinalis ad sanctam apram *D* ymnus *JUL* himnus *B* ymnus ad eandem *E* ymnus uirginalis M^3, *titulum om.* $M^1 M^4$ 1 splendide] optime *JBMUL* 2 sermonis] sereno *Nm2T Blu* cuius sermo lumen est *B* 4 refulsus $M^1 M^4$ 6 his *A* par insideris M^4 8 fulgens *T*

Sed toto sole clarior,
lux ipse totus et dies,
interna nostri pectoris
illuminans praecordia.

Adesto rerum conditor,
paternae lucis gloria,
cuius amota gratia
nostra pauescunt corpora.

Tuoque plena spiritu,
secum deum gestantia,
ne rapientis perfidi
diris pateant fraudibus,

Ut inter actus saeculi,
uitae quos usus exigit,
omni carentes crimine
tuis uiuamus legibus.

Probrosas mentis castitas
carnis uincat libidines
sanctumque puri corporis
delubrum seruet spiritus.

Haec spes precantis animae,
haec sunt uotiua munera,
ut matutina nobis sit
lux in noctis custodiam.

10 ipsa *ADE* ipse et M^2 11 interni semper pectoris *TB* 14 glorie M^1 15 amata M^2 admota TJM^1M^2 admota ob *B* 16 patescunt *TB* pateant *D* *post u. 16 add.* tuaque sancta dextera | tuere nos per saecula | post huius uitae terminum | uitam perennem tribue *T* 17 tuoque] tu quoque *E* quoque M^3UL spiritu plena M^3 19 ne] nil *AJMU* nihil *T* n̄ *B* ad repentis *T* adrepentis *B* pfici *E* 20 diris] duris *J a. c.* occultis *TB* 23 omnes *L* 24 legibus] laudibus *UL* 25 probosas *N a. c.* mentes *B* 29 hoc M^1m1 30 uotiua] tua *TB* 31 sit *om. T* nobis duret in nocte custodia Amen *TB* 32 custodia *UL*

Gloria tibi domine,
gloria unigenito
cum spiritu paraclito
nunc et per omne saeculum. Amen.

II.
UERSUS DE PAENITENTIA.

Ad caeli clara non sum dignus sidera
leuare meos infelices oculos
graui depressus peccatorum pondere,
parce, redemptor!

Bonum neglexi facere, quod debui,
probrosa gessi sine fine crimina,
scelus patraui nullo clausum termino,
subueni, Christe!

1—3 cf. Rhabani (?) hymn. *Deus orbis reparator* (Poetae aeui Carol. II 253)

33—36 *om.* *TBL* 34 hunigenito *A* 36 et nunc *A*

C = cod. Caroliruhanus 36 s. IX in.
B = cod. Bernensis 455 s. X.
M = cod. Monacensis 27305 s. X.
P = cod. Parisinus 1154 s. X.
T = cod. Claromontanus 240 s. X/XI.
J = cod. Salisburgensis S. Petri a. XI. 2 s. XI/XII.
O = cod. Bernensis 100 s. XII.
Mon = ed. Mone (Lat. Hymnen des Mittelalters I 387—390).
Düm = ed. Dümmler (Poetae aeui Carolini I 147 sq.).
Dre = ed. Dreves (Analecta hymnica L 148—150).

Uersus de penitentia *BM* de lamentatione cuiusdam *C* uersus confessionis de luctu poenitentię *P* uersus sancti Hilarii (hylarii *O*) episcopi, almi confessoris, quos composuit in nouissimis diebus suis flendo atque fideliter penitendo peccata sua *JO*, *titulum om.* *T* 1 crara *C a. c.* sydera *MPJO* 2 occulos *T* 3 depressos *PJO* pondera *B* 5 neclexi *T* 6 cremina *C* crimine *B* 7 nullum *B* clauso *MT* clausu *P* 8 subueni] succurre *T*

Cunctae, quae salso maris sunt in littore,
harenae mixtae purpuratis conculis,
non meis possunt coaequari uitiis,
fateor, malis.

Doleo multis peccatorum iaculis
confossus arcu, quae Uenus libidinis
intorsit lita spicula mortiferi
fellis abunda.

Effudit demon de faretra flammeas
sagittas, meum super uulnus uulnera
inflixit statim cupido turpissima
fronte rugosa.

Factus sum uilis cuncta super uilia,
uenit latenter gladio superbia,
cordis infixit mucronem sub medio
manu cruenta.

Genus serpentis adfuit inuidia
ueneni portans pocula pestiferi,
dedit in sitim, mortis auctor extitit
sordida lues.

25 cf. Gen. 3, 1

9 cuncta *T* salsi *M* mari *BTO* litore *CBMJO* 10 haręnae *P* arene *BMT* conchulis *J* conchiliis *O* 11 coęquare *M* coequare *P* quoaequare *T* 14 confusus *CB* confosso *M* arcu] arcus *O* rui *C* sarca *M* q̄ *C* quem *B* quā *M* quo *Dre* Uenus] uenis *JO* uenenum *M* 15 litta *BP* lata *MJO* licta *T* mortifera *PTJO* 16 habunda *MJO* abunde *T* ab unda *P* 17 demon] *T* demum *CBMPJO* pharetra *B* farethra *O* flameas *P* 18 sagitas *T* uulnere *CBPTJO Düm* 19 infixit *CBPTJO Düm* cordis infixit mucrone sub medio *T; cf. u. 23* 20 manu cruenta *T; cf. u. 24* rugusa *J a. c.* 21 factis *C* cincta *C* uilia] *M Dre* ilia *CBPTJO* uilis, cuncta super ilia uenit *Düm* 22 ueni *T* gladio] *O* gladium *CBPT Düm* gladius *M Mon Dre* gladii *J* superbiae *BT Mon Düm Dre* 23 cordi *M* sub *om. O* infixit statim cupido turpissima *T; cf. u. 19* modio *Pm1* 24 fronte rugosa *T; cf. u. 20* 25 affuit *CJO* 26 pestifera *PTJO* 27 in sitem *CPT* in siti *MJO Dre* mortus *P* 28 sordita *B*

Horrida uultu faculam discordia
igne succensam deferens sulphureo
medio meo posuit sub pectore,
coxit amare.

Inter has quoque pennas gerens plumeas
inanis cursim transuolauit gloria,
quae me uentosa nitebatur subito
fraude perire.

Kanendo uenit fistula ingluuies,
bona praesentis inrogabat temporis,
extendit uentrem, temulentum reddidit,
miscuit risus.

Lugere modo me permitte, domine,
mala, quae gessi reus ab infantia,
lacrimas mihi tua dona gratia
cordis ab imo.

Meis, ut puto, uitiis tartarea
tormenta multis non ualent sufficere,
nisi succurrat, Christe, tua pietas
misero mihi.

Nullum peccatum super terrae faciem
potest aut scelus inueniri quodpiam,
a quorum non sim inquinatus fecibus,
infelix ego.

29 horrido *JO* facula *BMPT* 30 succensa *BMT* succenso *JO* defferens *C* sulfureo *T* solfureo *C* 31 mei *M* 33 plumbeas *BPTJ Düm* 34 inanes *B* inanem *PO* inani *J* cursu *TJO Düm* cursi *P* transuolaui *B* gloriam *P* 35 uentosam *P* 36 fraude decepit *T* fraude perdere *J* perdere fraude *O* 37 canendo *BJO* festula *B* ingluuia *JO* ingluuias *P* 38 irrogabat *MPTO* irrogauit *C* 39 uentre *B* 41 me modo *JO* permite *T* 43 donet *C* latentia mihi tuae dona gratiae *M* 44 immo *T* 45 meis ut (ut *eras.*) ut *M* uitis *B* 46 tormenta non ualent sufficere multis *O* 50 aut] ā *C* inuenire *PJ* quidpiam *B* copia (a *praem.*) *M*, *TJO* 51 facibus *T*

Ortus, occasus, aquilo, septentrio,
caelum terraque, mare, fontes, flumina,
montes et colles, campi, mixta rosulis
lilia, flete!

Plangite mecum, astra rutilantia,
mecum mugite, bestiae siluicolae,
dicite: 'tu es miser, qui sub impio
crimine gemis'.

Quis me de manu Cocyti flammiuomi
erui potest, nisi patris unica
proles, quae mundum pretioso sanguine
iure redemit?

Redemptor mundi, unica spes omnium,
aequalis patri sanctoque spiritui,
trinus et unus deus inuisibilis,
mihi succurre!

Si me subtili pensas sub libramine,
spes in me nulla remanet fiduciae,
sed rogo, tua me salua potentia,
filius dei.

Tolle peccatum, dilue facinora,
ablue sordes donoque carismatum
instaura meum clementer pectusculum
munere tuo.

53—55 cf. Paulin. Aquil. de resurrectione domini 2 (ed. Dümmler p. 137)

53 ortos *O a. c.* septentrion *M* septemtrion *B* 54 terramque *BP* 55 montes *om. C* quoque rosulis *C* rosolis *B* rosul *P* rosulo *T* rosula *JO* 57 rutulantia *C* 58 mugite mecum *T* mugete *M* siluiculae *C* siluicule *B* 60 cremine *C* geris *JO* 61 Cocyti] quo qui di *B* conciti *T* flamiuomi *TO* 62 eruere *MJO* trahere *susp. Dre* 63 proles *in ras. M* prolis *BP* qui *CBPTJ Düm* preciosi sanguinis *M* 65 hunica *P* 66 alius patris *B* 68 sucurre *T* 69 penses *T* libramina *T* 71 sed rogatiua *C Mon* saluet *CPTJO Düm* clementia *BTO* 73 delue *C* 74 donaque *CBJO* karismatum *JO* charismata *C* 75 clementer *om. M*

Ueniam peto non meis de meritis
fisus, sed tua certus de clementia,
qui bona reis pietate solita
gratis impendis.

Xriste, te semper recta fide labiis
confessus corde credidi ortodoxo,
hereticorum dogma nefas respui
pectore puro.

Ymnum fideli modulando gutture,
Arrium sperno, latrantem Sabellium,
adsensi numquam grunnienti Simoni
fauce susurra.

Zelum pro Christi sum zelatus nomine,
me sancta mater lacte nam catholico
tempus per omne nutriuit ecclesia
ubere sacro.

Gloria sanctae trinitatis unicae
sit deo patri, genito, paraclito,
laus mea sonet in ore per saecula
domino semper.

89 cf. III Reg. 19, 10. 14

77 de meis *PTJO* 78 sed] de *B* de] *om. M* dae *T* sum *B* 79 reis] regis *B* solida *B* 80 inpendis *BTJ* 82 confessum *P* ore confesso (confessio *J*) credidi *JO* credidit *T* ortodoxa *T* 84 puro] toto *T* 85 guture *T* guttore *C* 86 harrium *P* latrante *B* et latrantem *JO* 87 assensi *CTJO* grunienti *B* grunnientem *M* symoni *PJO* simonii *B* Simoni—susurra] . . . . . . *T* 88 fauce] aure *PJO* 89 zeloque christi *MPTJO* sum—nomine] . . . . . . *T* zelatus sum *M* zelatus] relatus *C* renatus *susp. Mon, add. alt.* sum *J* 90 me] nam *C* sanctę *P* scammi *B* mater sancta *T* mater *om. B* namque *B* iam *O* me *C* catholico] . . . . . . *T* 91 omnem *PT* ecclesae *P* 92 hubere *P* 93 trinitati *CM* unice *BPTJ* 94 paraclyto *CJO* 95 meo *C* meum *B* in ore per saecula] (seculum *C*) *CM Dre* in omne per secula *PJO* omnia per secula *T Dūm* per sclm *B* 96 domini *CM* dn̄m *PJO* amen *add. BPJO*

INDICES[1].

I. INDEX LOCORUM.

[1] Numeris cursiuis indicantur loci pertinentes ad textus non (uel non certo) Hilarianos.

II. INDEX NOMINUM ET RERUM[1].

[1] crux (†) ante nomina propria significat nomina incerta.

III. INDEX UERBORUM ET ELOCUTIONUM.

1. Uocabula de hebraea et graeca lingua petita.

2. Uocabula latina.